

BIBLIOTEKA
Instytutu
Książki
w Bydgoszczy

53913
E 2390 II

Wol, Hs (Ed 280)

E 2390 II

PUBLICATION DES VEREINS FÜR DIE GESCHICHTE VON OST- UND WESTPREUSSEN.

NEUES PREUSSISCHES URKUNDENBUCH.
OSTPREUSSISCHER THEIL.

II. ABTHEILUNG.

URKUNDEN DER BISTHÜMER, KIRCHEN UND KLÖSTER.

BAND II.

URKUNDENBUCH

DES

BISTHUMS SAMMLAND.

HERAUSGEGEBEN

VON

† DR. C. P. WOELKY,
DOMVICAR IN FRAUENBURG.

UND

DR. H. MENDTHAL,
BIBLIOTHEKAR DER KÖNIGL. UND UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
IN KÖNIGSBERG I. PR.

HEFT II.

LEIPZIG.
VERLAG VON DUNCKER & HUMBLOT.
1898.



II. Vereinsgabe
für
1897/98.





53913

5175 409

216.

1313. September 30. Malaucenne bei Avignon. Berengar, Bischof von Frascati, befehlt als päpstlicher Pönitentiar im Auftrage des Papstes dem Franz von Moliano, Domherrn von Laon, dem für seine Dienstreise nach der Rigauer Kirchenprovinz eine Reiseunterstützung von den durchreisten Bischüfern bewilligt war, den Bischof von Ermland und die Dompropste, Domherren und Geistlichkeit von Samland, Pomesanien und Culm, sowie den Deutschen Orden von dem Bann resp. Interdict zu befreien, dem sie verfallen waren, weil sie an der Gültigkeit seiner Jurisdiction gezweifelt und das betreffende Geld nicht erlegt hatten. Datum Malausani Vasionensis diocesis II. Kalendas Octobris pontificatus domini Clementis pape Quinti Anno Octauo.

Inserirt in nr. 217.

217.

1313. October 2. Malaucenne bei Avignon. Franz von Moliano, Domherr von Laon, spricht den Bischof Eberhard von Ermland und die Dompropste Heinrich von Ermland, Hermann von Culm, Petrus von Pomesanien und Gerwin von Samland von dem Banne, dem sie seiner Ansicht nach wegen einer ihm zwischen dem 1. Juni und 1. December 1312 für seine Dienstreise nach der Rigauer Kirchenprovinz zu zahlenden und verzögerten Beisteuer verfallen waren, los, nachdem sie dieselbe geleistet haben. Actum Malausani Vasionensis diocesis Anno domini Millesimo CCCXIII^o Indictione XI^a. die secundo Octobris Pontificatus Clementis pape Quinti Anno Octauo.

Original im Staats-Archiv zu Königsberg. Voigt, Cod. dipl. Pruss. II. nr. 72. Livländ. Urkdb. II. nr. 646. Urkdb. des Bisth. Culm I. nr. 172.

218.

1318. Juni 19. Königsberg. Ordensmarschall Heinrich von Plotzke beurkundet die Beilegung eines Streites zwischen dem samländischen Domkapitel und dem Samen Greczym wegen einer im Gebiete von Wargen gelegenen Wiese.

Nos frater Henricus de Ploze,^a marschalcus terre Pruscie et commendator in Kungesberg, presentibus recognoscimus ac eciam publice profitemur, quod, cum olim super quodam prato apud polcam Wargyn inter honorabiles viros, prepositum et capitulum Sambiensis ecclesie ex parte una et quendam^b ex liberis nostris, dictum Gryzym,^c ex parte altera lis verteretur, de nostra beneplacita voluntate per fratrem Hugonem, advocatum nostrum Sambiensem, et fratrem Wlozc,^d advocatum ejusdem ecclesie Sambiensis, consencientibus utrisque partibus talis extitit inter eos amicabilem concordiam celebrata, quod dictus Greczym^c iure, quod ipse in predicto prato habere videbatur, pro se et omnibus sibi succedentibus voluntarie cessit et coram dictis advocatis predictum pratum antedictis dominis, preposito et suo capitulo, omni

a) Plozt B. C. b) quondam A. c) Grezym B. Grezinz C. d) Volzt B. Wolzt C.

contradiccione semota libere resignavit. Ita tamen, quod sepedicti domini prefato dicto Grezym^a pro tollenda materia litis et sua vexacione redimenda secundum ordinacionem predictorum advocatorum duas marcas paratorum denariorum persolverunt. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Testes sunt frater Eberhardus dictus Guldyn magister cellarii frater Otto de Czedelycz^b frater Gyrc^c socius advocati Sambiensis frater Eberhardus et frater Rutgerus socius advocati ecclesie Sambiensis et alii quam plures fidedigni. Datum et actum Kungesberg Anno domini M.^oCCC^oXVIII.^o in crastino Trinitatis.

Abschriften in den Handfesten des Bisthums Samland A 199 fol. VIII^o (A), in dem Handfestenbuch nr. 7 fol. 175^r (B) und fol. 73^r (C) im Staats-Archiv zu Königsberg.

a) Grezym B. Grezinz C. b) Zzedelicz B. Czedelitz C. c) Geyrc B. C.

219.

1318. November 2. Königsberg. Johannes, Propst, und das Domkapitel von Samland verschreiben dem Königsberger Bürger Johannes, genannt Zeland, gewisse Güter bei Stantau zu culmischem Recht.

Nos frater Johannes, prepositus ecclesie Sambiensis, totumque capitulum ibidem universis, ad quos presentes delate fuerint, cupimus fore notum, quod nostre ecclesie condicionem volentes, prout ex iure astricti sumus, in melius commutare, maturo prehabito consilio honorabili viro Johanni, dicto Zelando, civi in Konigisberg, ac eciam omnibus eidem tytulo hereditario seu empticio succedentibus contulimus quedam bona sita prope campum Stantow, prout advocatus noster Volczik presentibus nobis et domino Frederico, nostro canonico, ac pluribus aliis fidedignis distinxit cum agris, pratis, silvis, pascuis et paludibus ceterisque pertinentibus ad eadem bona ac eciam in certis et subscriptis graniciis publice limitavit. Prima granicia incipit a campo circa aquam molendini et eandem aquam ascendendo usque ad pratum dicte ville et circa eadem prata ascendendo ad aquam dictam Steynpat¹⁾ ad graniciam ibi factam et eandem aquam ascendendo ultra viam ducentem de Windekaym²⁾ in Lobdowe³⁾ ad graniciam ibi signatam et ab ipsa aqua Steynpat revertendo per campum usque ad arborem perforatam, ubi attingitur granicia de Lobdowe, et ab ipsa perforata

¹⁾ Ein palus Steipata wird auch in nr. 270 und ein fluvius Steupat in nr. 272 erwähnt. Ein Vergleich dieser Angaben erweist, dass dieselben mit aqua Steynpat identisch sind, und dass darunter der bei Neuhof, Trutenau und Neuhausen vorbei in den Lauther Mühlenteich fließende Bach zu verstehen ist. Vgl. auch Toeppen, *Hist. comp. Geographie* S. 146.

²⁾ Lag zwischen Nesselbeck, Aweyken, Stantau und Trutenau. Vgl. nr. 64.

³⁾ Laptau.

arbore usque in paludem dictam Azara ad graniciam ibi factam et abinde per paludem transeundo usque ad rivulum dictum Steynvlis, a quo usque ad viam ducentem prope prata Pruthenorum ad villam Stantowe et eandem viam descendendo ad quendam lapidem, a quo procedendo per pascua pecorum usque sepem, que circuit campum dicte ville et a dicta sepe usque ad primam graniciam revertendo. Volumus eciam et omnes^a nobis succedentes ad hoc astringimus, ut prehabitus vir honestus sub distincionibus, graniciis et limitibus prescriptis bona prenommata cum omnibus sibi succedentibus iure Culmensi et hereditario perpetuis temporibus sic possideat, quod nullus ex dictis nostris successoribus ipsi memorata bona aliter, quam hic superius in suis graniciis sunt distincta, possit vel debeat mensurare. Adicimus eciam eidem, ut in sepedictis bonis minora iudicia, quorum pena ultra numerum quatuor solidorum se non extendit, valeat una cum suis posteris iudicare. Insuper ei conferimus potestatem, quod sepius dicta bona possit cum suis successoribus colonis exponere aut rusticos in ipsis^b locare, prout sibi videbitur conveniencius expedire. Racione vero et in^c recompensam dicte collacionis ac perhennem memoriam premissus honorabilis vir cum omnibus sibi sequentibus semper in festo beati Martini episcopi decem marcas usualis monete ac deinceps singulis annis nomine census solvere tenebuntur nostre ecclesie cathedrali. In cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli appensione atque capituli nostri duximus roborandam. Actum et Datum Konigisberg anno domini M.^oCCC^oXVIII^o et in die Omnium fidelium defunctorum, presentibus testibus infrascriptis scilicet domino Petro officiali et domino Bertramo decano et domino plebano Conrado et domino Jacobo canonicis ibidem et fratre Henrico de Woluersdorf tunc socio nostri advocati.

Abschrift in den Handfesten des Bisthums Samland A 199 fol. XXXV^o im Staats-Archiv zu Königsberg. Durchstrichen.

a) *in Text*: omnibus. b) *in Text*: ipsos. c) *statt et in in Text*: ante.

220.

1319. December 3. Avignon. *Papst Johannes XXII. setzt den Propst des Samländischen Domkapitels Johannes Clare¹⁾ zum Bischof von Samland ein.*

Johannes episcopus etc. Venerabili fratri Johanni, episcopo Sambieni, salutem etc. Pastoralis officii summi dispositione pastoris, qui pro suis ovibus animam posuit, nobis licet immeritis cura commissa sollicita nos pulsat instantia, ut circa curam ecclesiarum vacantium solercia reddamur indefessa solliciti, ita quod eodem ecclesie pastoribus committantur ydoneis et rectoribus providis gubernentur, tunc enim populus salubri processu dirigitur, cum provido et industrioso gubernatore non caret, tunc eciam fructibus ager exuberat, cum sibi cultoris

¹⁾ *Ueber Geschlecht und Herkommen des Johannes Clare fehlen nähere Nachrichten, über seine Wahl vgl. nr. 214.*

non deest presentia diligentis. Dudum siquidem ecclesia Sambiensis ordinis hospitalis sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitani per obitum bone memorie Siffridi, episcopi Sambiensis, solacio destituta pastoris, dilecti filii, capitulum ipsius ecclesie, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt et debuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, convenientes in unum, te, tunc prepositum eiusdem ecclesie, per viam scrutinii concorditer in suum episcopum elegerunt, tuque huiusmodi electioni de te, ut predicatur, facte, illius tibi presentato decreto, ad ipsorum capituli instantiam infra tempus debitum consensisti, et electionem ipsam a venerabili fratre nostro Frederico, archiepiscopo Rigensi, metropolitano tuo, petiisti auctoritate metropolitana confirmari. Et quia idem archiepiscopus electionem ipsam confirmare sine aliqua causa rationabili, ut dicitur, denegavit, tu propter hoc ad sedem apostolicam appellasti, et infra tempus a iure statutum pro prosecutione huiusmodi appellationis ad eandem sedem personaliter accessisti, et cum huiusmodi tue electionis negocium in consistorio coram felicis recordationis Clemente papa V., predecessore nostro, pro parte tua fuisset expositum diligenter, idem predecessor huiusmodi negocium bone memorie Jacobo de Columpna, sancte Romane ecclesie diacono cardinali, audiendum commisit et sibi postmodum referendum. Et demum dicto predecessore rebus humanis exempto nos, ad apicem summi apostolatus gratia divina vocati, dicto cardinali commisimus, ut huiusmodi electionis negocium in eo statu, in quo remanserat tempore obitus predecessoris eiusdem, resumeret audiendum et nobis postmodum referendum. Coram quo, cum inter te et archiepiscopum supradictum ad actus aliquos processum in causa huiusmodi extitisset, isdem cardinalis debitum nature persolvit, tuque considerans, quod eadem ecclesia occasione protractionis cause huiusmodi diu passa fuerat incomoda et iacturas, et volens eam ab ulterioris vacationis dispendiis et aliis incomodis, que propterea posset incurrere, preservari, omni iuri, quod tibi ex electione tua predicta quomodolibet competebat, in manibus dilecti filii nostri Bertrandi, sancte Marie in Aquiro diaconi cardinalis, de mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis resignationem huiusmodi recipientis, pure et libere resignasti. Nos itaque de ipsius ecclesie provisione celeri, ne ulterioris vacationis remaneret exposita detrimentis, sollicite cogitantes et considerantes, quod eadem ecclesia per te, virum utique, prout fidedignorum habet assertio, vite laudabilis ac morum honestate decorum, litterarum scientia insignitum, in spiritualibus providum, in temporalibus circumspexit poterit divina favente gratia salubriter gubernari, ad personam tuam, in quam dictorum capituli vota tam concorditer, ut premititur, concurrerunt, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de te ipsi Sambiensis ecclesie de dictorum fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis providimus teque eidem ecclesie prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus committentes, et subsequenter per venerabilem fratrem nostrum Nicolaum, episcopum Ostiensem, tibi fecimus munus consecrationis impendi, firma ducti fiducia, quod in utrisque tua

circumspectione laudabili et providencia circumspecta ecclesia ipsa gratis tribuente domino proficiet incrementis. Iugum itaque domini tuis impositum humeris prompta devocione supportans, super credito tibi grege taliter vigilare procures, extirpando vicia et plantando virtutes, quod in extremo districti examinis die coram tremendo iudice, qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam possis reddere rationem. Datum Avinione III. Nonas Decembris. Pontificatus nostri Anno quarto.

Reg. Johannis XXII. An. IV. Com. ep. 211. fol. 154. Theiner, Monum. Polon. et Lithuan. I. nr. 249. — Entsprechende Bullen sind auch zugegangen, wie Theiner bemerkt, „capitulum ecclesie Sambiensis ordinis hospitalis sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitani, clero et populo civitatis et diocesis Sambiensis, universis eiusdem ecclesie vasallis et archiepiscopo Rigensi, verbis competenter mutatis.“ Datum ut supra.

221.

1320. Januar 18. Avignon. *Papst Johannes XXII. nimmt das Domkapitel von Samland in seinen und des h. Petrus Schutz.*

Johannes episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . preposito . . . decano et capitulo ecclesie Sambiensis ordinis hospitalis sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitani salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducat effectum. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem decimas, domos, terras, vineas, ortos et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, salva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis^a et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione XV Kalendas Februarii Pontificatus nostri Anno Quarto.

Original auf Pergament mit der Bleibulle Johannes XXII. an rothen und gelben Seidenfäden im Domkapitel-Archiv zu Frauenburg.

a) protectionis steht über Rasur.

222.

1320. April 8. Kolberg. *Johannes, Bischof von Samland (episcopus ecclesie Sabinensis!), erteilt dem Altstättischen Jungfrauenkloster in Colberg einen Ablassbrief.* Datum Colberg anno domini MCCC vicesimo feria tertia post Quasi modo geniti.

Original im Stadtarchiv zu Kolberg.

223.

1320. October 24. Königsberg. Johannes, Bischof von Samland, bestätigt seinem Domkapitel das ihm vom Deutschen Orden verliehene Patronatsrecht über die Pfarrkirche in Königsberg.

In nomine domini amen. Rerum cognicio gestarum solet esse cercior, que proborum testimonio virorum aut scripturarum ex apicibus demonstratur. Quapropter nos frater Johannes, dei gracia Sambyensis ecclesie episcopus, per presentis seriem paginis (!) omnibus moderni temporis et futuri, quibus nosse fuerit opportunum, cupimus enodare, quod, cum dilecti nobis in Christo fratres, domini de capitulo et canonici nostre Sambyensis ecclesie predictae, super pleno iure patronatus ecclesie parrochialis in civitate Kungesbere ipsis a viris honorabilibus et religiosis, magistro generali et fratribus ordinis nostri libere donato, prout in litteris¹ ipsorum magistri et fratrum super hoc confectis et coram nobis productis eciam ac ostensis continetur luculencius et limpidius demonstratur, testimoniales a nostris predecessoribus litteras recipere ex quadam ignorancia neglexissent, nos, ne de huiusmodi ignorancia in posterum a quovis valeant reprehendi, prefatam ecclesiam, cuius merum ius obtinent patronatus, ipsis dominis de capitulo nostro ac mense eorum cum omnibus suis obvencionibus, oblacionibus redditibusque singulis et utilitatibus, fructibus necnon ac proventibus universis subicimus, coniungimus, adicimus et unimus. Auctoritatem quoque dictam officianti ecclesiam per unum canonicum de capitulo aut fratrem de collegio, vel regimen ipsius ecclesie eidem concanonico suo aut confratri ad tempus committendi donamus eisdem, vel sacerdoti seculari ydoneo conferendi, quem nobis tamen prius examinandum et ad investiendum de hoc ac instituendum suis patentibus litteris presentabunt; aliterve de dicta ecclesia et regimine ipsius disponendi faciendi ordinandique, uti ipsorum voluntati et arbitrio placuerit vel utilius eis tunc videbitur aut fructuosius provenire, licenciam damus liberam et nichilominus plenariam concedimus facultatem. In cuius rei testimonium et robur firmitatis perpetue hanc litteram per manus Theoderici, capellani nostri, qui omnibus premissis interfuit, scribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et Datum in Ciuitate Kungesbere in Ecclesia nostra cathedrali Nono Kalendas Nouembris anno domini M. CCC. vicesimo. Presentibus viris discretis Nycolao de Rudow. Syffrido de Medenow. Conrado de Pubethyn. Petro de Arnow. Conrado de Kaym. Hermanno de Quedenow. Thoma de Schokyn. ceterisque plebanis et sacerdotibus nostre dyocesis ac multis aliis fide dignis.

Original auf Pergament im Domkap.-Archiv zu Frauenburg. An grünen Seidenfäden hängt das Siegel des Bischofs in rothem Wachs, übereinstimmend mit der etwa um die Hälfte verkleinerten Abbildung bei Gebser und Hagen, Dom zu Kgsbg. Atlas Taf. 8. Auf der hier vorhandenen unteren Spitze steht das in der Abbildung fehlende GRA: In dorso: Littera domini Johannis episcopi Sambiensis de iure patronatus ecclesie parrochialis in civitate Kungesberg. Die gleiche Notiz enthält ein an die Siegelfäden angebundener Pergamentstreifen. — Mehrere Abschriften im Staats-Archiv zu Königsberg. — Cod. dipl. Warmiens. I. Reg. nr. 521. Perlbach, Reg. d. Stadt Königsberg nr. 16 (i. d. Altpreuss. Monatsschrift XVIII. 1881.)

¹) Vgl. nr. 178.

224.

1320. December 17. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, bestätigt bei seiner Rückkehr folgenden von dem Bischofsvogte Volrad (Woltzko) in seiner Abwesenheit mit Conrad Wyssegeyde abgeschlossenen Gütertausch. Letzterer erhält den vierten Theil — 5 Morgen — des im Gebiete von Laptau gelegenen früheren Besitzes des Waystoth, welchen dieser propter capitales inimicicias, quas habebat, aufgegeben und dem Bischof gegen Land bei Quednau überlassen hat, gegen ein gleich grosses Stück Land. Actum et datum in Castro Vischhausen XVI^o Kalendas Januarii Anno domini M^oCCC^o vicesimo presentibus viris religiosis et discretis Petro canonico et officiali nostro Woyltzkone advocato nostro predicto Ruthero de Daluheym socio ipsius fratribus nostris Thoma de Schokyn Teoderico de Wanger plebanis cappellanis nostris et multis aliis fide dignis.

Abschrift in den Handfesten d. Bisthums Samland A 199 fol. LXXVII^r mit der Ueberschrift: „Presens littera tangit bona nostra Paplawken“ von späterer Hand. Paplawken oder Pappelauken lag, wie sich aus der Handfeste über Mollehen v. J. 1421 (A. 199 fol. LXXXIV^r) ergibt, in der Nähe von Mollehen und Trentitten im Kirchspiel Laptau.

225.

1321. Juli 25. Königsberg. Johannes, Propst, und das Domkapitel von Samland übertragen der Frau Katharina an Stelle ihres zinspflichtigen Feldes bei Neidtkeim das Schulzenamt in Quednau nebst 4 Hufen zu Erbrecht und bestätigen die Abtretung desselben und ihrer beweglichen Habe von Seiten Katharina's an ihren Schwiegersohn Heinrich und ihre Tochter Kunigunde gegen die Verpflichtung lebenslänglichen Unterhalts.

In nomine domini amen. Ne gesta modernorum digna memoria posterorum frustrentur ignorancia, scripti munimine sunt memorie commendanda. Igitur nos frater Johannes, prepositus ecclesie Sambiensis, totumque capitulum ibidem ad noticiam presencium et futurorum cupimus devenire, quod matura deliberacione prehabita condicionem nostre ecclesie volentes in melius emendare honeste matrone, domine Katherine, pro campo suo apud villam Neytkaym¹⁾ sito, quem a nobis pro determinato annuo censu ad tempora vite sue tenere debeat, de eiusdem domine et omnium illorum, quorum intererat, beneplacita voluntate sculteciam in villa nostra Quedenow cum quatuor mansis, videlicet duobus liberis et duobus censualibus, penisque omnibus, que se in minoribus iudiciis ultra quatuor solidos non extendunt, et de maioribus iudiciis tercium denarium sub vera et perpetua commutacione predicti capituli contulimus, dedimus et assignavimus, ita quod ipsa cum omnibus sibi succedentibus predictam sculteciam iure hereditario, quemadmodum postscriptum est, libere in perpetuum debeat possidere. Preterea tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, quod predicta domina conpos sensuum suorum in bona valitudine corporis sui coram nobis et advocato nostro, fratre Volez, multisque

¹⁾ Neidtkeim im Kirchspiel Neuhausen.

aliis presentibus, cum quodam tempore in curia nostra Quedenow iudicio nostro presederemus, presencialiter constituta provido et circumspecto viro Hinrico, genero suo, presencium ostensori et filie sue, domine Kunegundi, eiusdem Hinrici uxori, exclusis omnibus aliis heredibus suis accedente nostro ad hoc consensu nulloque prorsus contradicente predictam sculteciam cum omnibus suis pertinenciis et iure, quo a nobis receperat, dedit ac insuper omnes res suas mobiles eidem Hinrico et omnibus sibi sueque uxori succedentibus una cum sepedicta scultecia in perpetuam possessionem libere resignavit. Pro qua donacione et resignacione predictus Hinricus una cum sua prescripta uxore ibidem coram nobis sepedicte domine Katherine in victu et vestitu, quam diu ipsa viveret, de prefata scultecia et de aliis rebus suis, quemadmodum prius fecerant, providere secundum suam possibilitatem liberaliter promiserunt. Ne autem super huiusmodi permutacione, donacione, assignacione aut resignacione cuidam valeat dubium suboriri, presentem paginam ad petitionem antedicte domine Katherine dicto Hinrico sub attestacione omnium predictorum nostri et nostri capituli sigillis dedimus communitam. Testes sunt dominus frater Gerwinus decanus ecclesie nostre et domini fratres Fredericus Conradus Jacobus canonici eiusdem ecclesie nostre dominus Hermannus plebanus de Quedenow Gosswinus tabernator ibidem et alii quamplures fidedigni. Actum et datum in Koningsberg anno domini M^o. CCC^o. XXI^o. in die Beati Jacobi apostoli gloriosi.

Abschrift in den Handfesten d. Bisthums Samland A. 199 fol. XXX^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

226.

[1321. Vor Juli 31. Königsberg.] (o. J. T. u. O.) Aufzeichnung der Beschwerden des Bischofs Johannes und des Domkapitels von Samland über die ihrer Kirche durch den Orden zugefügten Nachteile und Beeinträchtigungen.

Isti sunt articuli, quos dat et exhibet reverendus pater, dominus frater Johannes, Sambiensis ecclesie episcopus, totumque capitulum ibidem contra magistrum terre Pruscie et commendatorem de Kuningisberch et fratres terre Sambie, qui^a bona et possessiones ecclesie sue Sambiensis et ad mensam episcopalem et capituli spectancia per vim iam per longum tempus iniuste ac indebite possiderunt.^b

1) Primo de antiquo castro in Kunigisberch,^c molendinis sub eodem castro iacentibus et LXX^a mansis ibidem commutatis pro una villa in dyocesi Culmensi, que Windischture^d vocatur. Quam villam quidam episcopus postposito^e dei timore pro quadam summa pecunie vendidit, et cum ecclesia Sambiensis nulla instrumenta super hac commutacione a preceptoribus et fratribus habeat ac eciam ultra dimidium iusti precii maxime sit decepta, petit idem episcopus et capitulum propter amicabilem compositionem ipsi ecclesie debitam fieri recompensam.¹⁾

a) que A. B. b) *dieser erste Absatz fehlt in B.* c) Königsberg B. d) Wyndischthure B. e) postposito *steht zwei Mal da A.*

1) *Vgl. nr. 77.*

- 2 Item de territorio Sabenow^a pro quibusdam aliis bonis inequaliter commutato, cum ecclesia litteras commutationis super huiusmodi bonis non habeat et in eadem commutatione ecclesia quam plurimum sit decepta, maxime propter lapidem marinum, qui ibidem reperitur, petit idem episcopus et capitulum propter amicabilem compositionem ipsi ecclesie in dicta commutatione deceptorie debitam fieri recompensam.¹⁾
- 3 Item de bonis in Lauthen et Graselauke²⁾ et Schadevinkel per violenciam receptis ac spoliatis per commendatorem quendam de Kuningisberc^b dictum Bruhauen, canonicis per eum, ad quorum mensam spectat, inde per violenciam eiectis de pacifica possessione, licet fratres per vim^c obtinuerint litteras compositionis eorundem bonorum, quod de iure stare non poterit, et quandam partem insularum intra fluvium Pregoram sitarum, idem episcopus et capitulum omnia predicta bona repetunt et requirunt.³⁾
- 4 Item quedam bona circa Medenow^d sita, que vocantur Woyscaynis et Sursienis,^e commutata cum fratribus pro quadam villa nomine Raxita, que bona utraque ab antiquo fuerant ecclesie, et ecclesia in illa commutatione est decepta, sicut manifeste apparet, idem episcopus et capitulum omnia illa bona integraliter repetunt et requirunt.⁴⁾
- 5 Item piscaturam, que iacet sub silva Pevs nomine, in recenti stagno, quam fratres iam per multos annos sub se potencialiter tenuerunt contra deum et iusticiam, idem episcopus et capitulum dictam piscaturam cum omnibus fructibus^f inde perceptis repetunt et requirunt.
- 6 Item terciam partem silve Wogrim^g cum lapide marino, qui ibidem reperitur, commutatam pro castro episcopali Vischusen,^h quodⁱ castrum ecclesia iam per quinquaginta annos et ultra habuit absque ulla cuiusquam inpeticione pacifica in possessione, et dimidiam partem molendini sub eodem castro siti, que commutatio de iure^k stare non poterit, cum utraque bona ab antiquo fuerint ecclesie, et ecclesia in ista commutatione sit decepta, idem episcopus repetit et requirit.⁵⁾
- 7 Item dominus episcopus Sambiensis totumque capitulum ibidem conqueritur, quod quasdam novas infeudaciones fratres fecerunt in bonis dicte ecclesie tempore domini Cristani,^l quondam ibidem episcopi, qui ipsam ecclesiam suam temere relinquens dei timore postposito in partibus extraneis divagabatur hinc inde, et licet quedam littera generalis de dictis infeudacionibus sit obtenta per vim et potenciam laycalem capitulo non consenciente petit idem episcopus et capitulum nomine ecclesie super hoc ipsi ecclesie provideri.
- 8 Item conqueritur dominus episcopus et capitulum, quod quedam ordinacio facta fuit de sacro campo, qui ab antiquo ad ecclesiam de iure pertinebat, et tamen fratres ipsum plus

a) Sabenaw B. b) Konigisberg B. c) per vim fehlt A. d) Medonow A. Medenaw B. e) Sursyeynis B. f) fructibus repetunt et requirunt A. Die drei letzten Worte später gestrichen. g) Wogrin B. h) Fischawsen B. i) quot A. k) de iure fehlt B. l) Cristanni B.

1) Vgl. nr. 107.

2) Kreislacken im Kirchspiel Heiligen Creutz.

3) Vgl. nr. 204.

4) Vgl. nr. 194.

5) Vgl. nr. 187.

quam per XL^a annos potencialiter detinuerunt et hodierna die detinent minus iuste, unde, ut prescriptum est, quedam ordinacio fuit facta de ipso campo presente domino episcopo Sambiensis cum suis canonicis, presente eciam preceptore terre Pruscie et . . commendatore de Kuningisberc^a cum multis fratribus, ita quod utraque pars contentabatur et facta fuit amicabile composicio et concordia. Eadem bona dicti sacri campi post predictam compositionem idem commendator de Kuningisberc,^a frater Henricus de Ysenberc,^b episcopo et capitulo invitis, non obstante composicione, potencialiter ecclesie abstulit et abstraxit. Cum tamen dominus papa hoc prohibuerit fieri sub pena maioris excommunicacionis, petit idem episcopus et capitulum super hoc ecclesie provideri.

Item cum ecclesie Warmiensis et Pomezaniensis pecuniam pro custodia terre recipiant ac receperint ab antiquo et ecclesia Sambiensis eandem pecuniam^c pro custodia terre non receperint hucusque, sed fratres per vim et potenciam iam multis annis iam dictam pecuniam receperint in ecclesie dicte^d preiudicium maximum et gravamen, que pecunia singulis annis ad LXX^a marcas denariorum se extendit, petit idem episcopus totumque capitulum restitutionem omnium perceptorum, cum sepedicta Sambiensis ecclesia sicut predictae ecclesie Warmiensis et Pomezaniensis eadem gaudeat libertate.

Item cum iudicium spirituale nullus de iure iudicare debeat, nisi iudex ecclesiasticus, cum vero fratres idem iudicium spirituale sibi temere usurpent in maximum periculum animarum, petit idem episcopus et capitulum nomine ecclesie super hoc ipsi ecclesie provideri, cum idem iudicium iudicatum per laycos divine voluntati sit omnino contrarium et noscatur ad ecclesiasticam censuram tantummodo pertinere.

Item cum per legatum sedis apostolice sic dyoceses terre Pruscie sint divise, ut fratres duas partes terre et episcopi terciam partem noscantur habere, et fratres propter suas duas partes totum pondus expensarum in expeditionibus facere teneantur, et mense episcoporum ad aliquas expeditiones faciendas de iure non debeant aggravari, et mensa episcopalis ecclesie Sambiensis propter expeditiones iam factas ab antiquo quam plurimum ab advocatis ecclesie et fratribus sit sepius aggravata indebite et iniuste, petit idem episcopus et capitulum in dictis gravaminibus ecclesiam et mensam suam de cetero non turbari.

Item de omnibus terminis et graniciis ac divisionibus inter bona ecclesie et dictorum fratrum, sicut ab antiquo bona ipsa divisa erant, sic episcopus et capitulum petunt ea dividi et per veras granicias limitari.

Item terciam partem Nerie Curoniensis cum piscatura adiacente et terciam partem Nerie, que se versus Danzk^e extendit, cum utraque piscatura tam salsi maris quam recentis stagni,^f idem episcopus et capitulum repetunt et requirunt.¹

a) Kunigesberg B. b) Ysinberg B. c) eandem pecuniam in A noch ein Mal wiederholt und gestrichen. d) predictae B. e) Gdanczg B. f) corrigirt aus stagni A.

1) Vgl. nr. 57 u. 58.

Item de omnibus insulis, que in fluvio Pregore concluduntur,¹⁾ cum ab antiquo huc usque nunquam fuerint divise, petit idem episcopus cum suo capitulo sibi de perceptis et de iusta divisione secundum limitationem domini pape pro bono concordie provideri.

Item de centum uncis in Laukischen²⁾ locatis, de quibus fratres iam multis annis decimam receperunt, petit idem episcopus cum suo capitulo sibi et sue ecclesie secundum deum et iusticiam provideri.

Item de silvis, piscaturis, pratis, pascuis^a et omnibus utilitatibus, que in terris nondum divisis, sed ad communes usus ecclesie et fratrum^b deputatis, conqueritur idem episcopus cum suo capitulo, quod fratres potencialiter sibi omnes predictos usus invito episcopo et suo capitulo hucusque receperunt et adhuc hodie recipiunt, in quibus utilitatibus ecclesia plus quam III mille marcis est decepta: unde idem episcopus cum suo capitulo super hiis omnibus petit sibi debitam fieri recompensam.

Notandum eciam, quod fratres asserunt super predictis quibusdam commutationibus litteras sub sigillis episcoporum et capituli se habere. Super hoc respondemus, quod, antequam capitulum inciperet esse, aut canonici convenirent in unum, aut locum caperent mansionis seu nosceretur ab aliquo confirmatum, sed unicuique canonicorum in potestate eorundem fratrum sparsim hinc inde in domibus ipsorum et conventibus existentium,^{c)} spoliacionem et eieccionem ipsis incuentes, sigilla ab eisdem tam violenter quam potencialiter extorserunt. Quibus sigillis taliter obtentis et aliquamdiu apud se habitis literas et cartas super commutationibus et alienacionibus seu abstractionibus ac novis infeudacionibus conficientes, pro sue voluntatis libito sigillabant canonicis inseciis et invitis: unde literas fratrum de omnibus hiis^d commutationibus et alienacionibus propter predictas causas protestamur et dicimus nullius esse penitus firmitatis.⁴

Item participacionem rivorum sive fluviorum cum fratribus, qui fluxerint a castro Kuningisberc versus ascensum^e Pregore ad alterum dimidium miliare, item a castro predicto versus descensum Pregore ad alterum dimidium miliare^f et a Pregora versus terram Sambiensem ad miliare^g, idem episcopus et capitulum repetunt et requirunt.^{h)}

Gleichzeitige Abschrift auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg Schublade LII, nr. 22 (A) mit der Dorsualnotiz: Copia articulorum ecclesie Sambienensis contra magistrum Prusie. Eine spätere Abschrift im Handfestenbuch nr. 7 fol. 43^r (B). Hier sind die einzelnen Beschwerden von einer Hand des 16. Jahrhunderts mit besonderen Ueberschriften versehen, der erste und letzte Absatz fehlen, dafür findet sich ein zur Zeit des Bischofs Michael (1425—41) beigegefügter Schluss, der an gehöriger Stelle abgedruckt werden wird. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I, S. 71. Voigt, Cod. dipl. Pruss. II, nr. 99. — Das von Voigt

a) pascuis fehlt B. b) fratribus A. B. c) existentibus A. B. d) hiis fehlt B. e) ascensum A. f) miliare über der Zeile A. g) ad miliare repetunt et requirunt A. Die drei letzten Worte später gestrichen. h) Der letzte Absatz fehlt B.

1) Vgl. nr. 57 u. 58.

2) Laukischken im Kreise Labiau.

3) Vgl. nr. 200.

4) S. hierzu auch Herquet, Krist, v. Mühlh. S. 49.

5) Vgl. nr. 66.

angegebene Datum: 20. Mai 1322 ist sicher unrichtig, denn von diesem Tage ist der in Folge der Beschwerde der Samländischen Geistlichkeit abgeschlossene Vergleich datirt (vgl. nr. 231). Wir dürfen vielmehr annehmen, dass das Original von A als Akt den Urkunden vom 31. Juli und 1. August 1322 (vgl. nr. 227 u. 228) zu Grunde lag, so dass z. B. der Abschnitt über die Entwendung und widerrechtliche Benutzung der Siegel wörtlich mit dem gleichen Fehler in dieselben überging. Ferner ist noch das Zeugniß des *Canonicus Sambiensis* (*Ss. rer. Pruss. I. S. 286*) heranzuziehen: Item a. d. MCCCXXI. . . . Item eodem anno fuit capitulum generale in Franken, ubi dominus Johannes, prepositus ecclesie Sambiensis, obtinuit, quod bona ecclesie a fratribus reddita fuerant . . . Die vorliegende Aufzeichnung ist jedenfalls vor dem erwähnten Generalkapitel entstanden, kann daher nicht dem Jahre 1322 angehören. Um dieselbe Zeit beschwerte sich auch Bischof Nicolaus von Culm über den Orden. Vgl. *Urkdb. d. Bisth. Culm. I. nr. 188.*

227.

1321. Juli 31. Königsberg. Johannes, Bischof, und das Domkapitel von Samland ernennen den Propst Johannes und den Domherrn Petrus zu Sachwaltern in ihrer Beschwerde über die Beeinträchtigung der Rechte und Besitzungen der Samländischen Kirche durch den Deutschen Orden.

In nomine domini amen. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos frater Johannes, dei gracia et sedis apostolice providencia episcopus Sambiensis ecclesie, totumque capitulum eiusdem ecclesie anno domini M^oCCC^o XXI pridie Kalendas Augusti facimus, ordinamus, constituimus nostros veros et legitimos procuratores et nuncios speciales in solidum fratrem Johannem prepositum et fratrem Petrum canonicum ecclesie nostre in causa vel causis, que versantur inter nos et preceptorem terre Pruscie et commendatorem de Kungesberg et fratres terre Sambie de bonis, possessionibus et hereditatibus ac iuribus dudum ecclesie nostre per eosdem fratres per violenciam ablati ad repetendum dicta bona et iura ecclesie nostre coram generali magistro ordinis domus Teuthonice universisque eiusdem ordinis [fratribus].^a Dantes eisdem nunciis et procuratoribus nostris omnimodam potestatem revocandi omnes alienaciones bonorum ecclesie nostre, per quemcunque modum vel sub quacunque forma alienata sint seu commutata, cum dicte commutationes et alienaciones de iure stare non possint propter causas infrascriptas: quia, antequam capitulum inciperet esse aut canonici convenirent in unum aut locum caperent mansionis seu nosceretur ab aliquo confirmatum, sed unicuique canonicorum in potestate eorundem fratrum sparsim hinc inde in domibus et conventibus existentium^b, spoliacionem et eieccionem ipsis incuentes, sigilla ab eisdem tam violenter quam potencialiter extorserunt. Quibus sigillis taliter obtentis et aliquamdiu aput se habitis litteras et cartas super commutationibus et alienacionibus seu abstraccionibus bonorum dicte ecclesie nostre conficientes pro sue voluntatis libito sigillabant, canonicis in seipsis et invitis. Et cum eadem ecclesia nostra in dictis commutationibus et alienacionibus seu abstraccionibus ultra dimidium iusti precii sit decepta, damus eciam auctoritatem predictis nunciis nostris protestacionem seu protestaciones coram quibuscunque

a) fratribus fehlt im Text. b) im Text: existentibus. Vgl. S. 139 Absatz 4.

prelatis seu religiosis, si necesse fuerit, faciendi* de omnibus gravaminibus ecclesie nostre per fratres illatis. Vero si reverendus vir, magister generalis, et fratres ordinis domus Theuthonice amicablem componere voluerint de dictis alienacionibus et commutationibus bonorum ecclesie et de perceptis ab eisdem, sepedictis nuncciis nostris super amicali compositione plenam et liberam concedimus potestatem ac omnia alia faciendi, que nos in propria persona cum toto capitulo nostro facere possemus, si presentes essemus, promittentes, nos ratum et gratum habituros, quicquid per dictos procuratores nostros et nuncios speciales ordinatum fuerit vel compositum in premissis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa. Datum et actum in Ecclesia nostra cathedrali in Kungesberg Anno et die superius annotatis.

Abschrift in dem Handfestenbuch Nr. 7 fol. 75^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

a) *in Text faciendis.*

228.

1321. August 1. Königsberg. *Bischof Johannes und das Domkapitel von Samland erheben Einspruch gegen die der Samländischen Kirche an ihren Besitzungen und Rechten durch den Deutschen Orden zugefügten Schädigungen und erklären die mit Gewalt erpressten Schenkungen, Verleihungen u. s. w. für ungültig und nichtig.¹⁾*

Venerabilibus patribus et dominis reverendis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prepositis, canonicis ceterisque ecclesiarum rectoribus ac honorabilibus et religiosis viris, fratribus Predicatoribus ac fratribus Minoribus, ad quorum audienciam presentes littere pervenerint, frater Johannes, dei gracia et sedis apostolice providencia episcopus ecclesie Sambiensis, totumque capitulum eiusdem ecclesie salutem in eo, qui pro salute omnium voluit crucifigi. Quoniam de alto poli descendens filius dei, ut sui patris innovaret opera, ex intacta virgine carnem sumpsit humanam, quam pro omni hominum salute cruci non solum affigi ac in ipsa pati voluit et mori, ut passione sua et morte preciosissima oves perditas a morte suscicaret eterna et tamquam piissimus redemptor ad ovile sempiternum pio humero reportaret, verum eciam emisso iam spiritu lancea militis perforare sustinuit latus eius, quatenus inde profluentibus undis aque et sanguinis^a unicum et immaculatam ac semper virginem coniugem sibi sanctam formaret ecclesiam. Cuius exemplo sancti apostoli et ceteri discipuli divino illustrati spiritu sequentes et sectantes ecclesiam sanctam sic formatam suo sanguine^b plantaverunt ipsumque ovile dominicum fidelissime et efficacissime ampliantes oves ipsius doctrina saluberrima fecundarunt, demum pro amplificacione huiusmodi ovilis ac conservacione ipsarum ovium necnon dilatacionem ecclesie sacrosancte sua^c usque ad mortem tradentes

a) *in Text: sagwinis.* b) *in Text: sagwine.* c) *vor sua steht ein durchstrichenes v.*

¹⁾ *Vgl. nr. 226 u. 227.*

corpora decertarunt, operi siquidem huic sanctissimo ordinando et proficiendo episcopus et sacerdotes curam pervigilem et sollicitam amplificacionem videlicet et fecundacionis gubernacionisque et conservacionis ipsius eisdem tamquam pastoribus et rectoribus sollicite ac diligentissime commiserunt. Cum igitur ecclesia nostra, cui divina favente clemencia et provisione apostolica, quamvis immeriti, presidemus, per fratres de domo Theutonica ordinis nostri, qui ad eius libertatem ampliandam et dignitatem dilatandam intendere potius debuissent, a multis transactis temporibus et pluribus annis elapsis per comminationes deceptorias et violentas abstracciones seu alienaciones indebitas ac usurpaciones temerarias et novas infeudaciones in bonis ecclesie absente episcopo ab eisdem fratribus factas possessionibus plurimis et hereditatibus proprietatibusque et libertatibus, necnon iuribus ac aliis bonis et pertinenciis suis pluribus sit orbata et per hoc onerata nimium et depressa, iudiciaque spiritualia, que ad examen^a nostri spectant iudicii, iudicantes penasque delinquentibus iniungentes pecunias ipsas tollunt. Ceterum plura bona, scilicet possessiones, hereditates, predia, silvas, prata, pascua, piscaciones proprietatesque ac alia^b, que omnia singulariter exprimere non possumus, ista vice ipsis tamen fratribus in scriptis prius donata per nos memorate ecclesie nostre et nobis potencialiter abstraxerunt abstractaque sibi temere usurparunt, usurpata quoque occupaverunt et occupata detinuerunt ac detenta iniuste tamquam propria possiderunt in dispendium sue salutis maximum gravissimumque suarum periculum animarum. Preterea super confirmacione dictarum commutationum et abstraccionum seu alienacionum bonorum ecclesie nostre litteras confirmacionis predecessorum nostrorum et capituli nostri per vim optinuerunt, si confirmacio dici meretur, sigilla a predecessoribus nostris et capitulo nostro, antequam capitulum inciperet esse et canonici convenissent in unum aut locum caperent mansionis seu nosceretur ab aliquo confirmatum, sed unicuique canonicorum in potestate eorundem fratrum sparsim in domibus ipsorum et conventibus existentium^c, spoliacionem et eiectionem ipsis incuciendo sigilla ab eisdem tam violenter quam potencialiter extorserunt. Quibus sigillis taliter obtentis et aliquamdiu apud se habitis litteras et cartas super commutationibus ac vendicionibus tradicionibus quoque seu donacionibus ac novis infeudacionibus^d, precipue in diocesibus ecclesie Prussie, et alienacionibus seu abstractionibus ac novis infeudacionibus conficientes pro sue voluntatis libito sigillabant canonicis quam plurimis insciis ac invitis. Sane cum sacrosancte Romane ecclesie summus pontifex, Innocencius quartus, alienaciones et abstracciones et commutationes seu vendiciones tradiciones quoque seu donaciones nec non novas seu infeudaciones precipue seu in diocesibus terre Prussie dudum nisi de speciali ipsius licencia inhibuerit faciendas et iam factas cassaverit atque irritaverit atque in irritum reduxerit et inane, nos ipsius vestigia pio complectentes affectu omnes permutaciones seu alienaciones et abstracciones vendiciones quoque sive donaciones ac novas infeudaciones a quibuscunque predecessoribus nostris et qualitercunque

a) vor examen steht ein unvollendeter durchgestrichener Buchstabe. b) vor alia steht ausgestrichen qz. c) im Text: existentibus. Vgl. S. 139 Absatz 4. d) im Text: vendiciones tradiciones quoque seu donaciones nec novas infeudaciones.

sub quacumque forma absque summi pontificis licencia factas necnon omnes et singulas cartas aut litteras super eis confectas, cuiuscunque continencie vel tenoris existant, una cum capitulo nostro revocamus, infirmamus, annullamus in his scriptis penitus et cassamus, decernentes eas exnunc irritas et inanes nulliusque firmitatis fore de cetero vel momenti. Porro aggravaciones huiusmodi et oppressiones ac iniurias nobis ac ecclesie nostre et capitulo ex dictis commutationibus et alienacionibus ac aliis prescriptis causis illatas amplius sustinere nolentes nec sub dissimulatione aliqua pertransire, ne ulla desidie nota nos officiat aut macula negligencie nos aspergat, coram vobis, venerabilibus patribus et dominis reverendis, coram quibus presentes littere fuerint lecte per nuncios nostros et canonicos ecclesie nostre super ad vestram reverenciam destinatos, protestamur manifeste^a et profiteamur publice per eosdem, quod sepedictos fratres nostros pro dictis possessionibus et hereditatibus et iuribus et bonis aliis et pertinentiis ad nos et nostram ecclesiam et capitulum nostrum spectantibus requisivimus attentius et monuimus salubrius et per alios fecimus ammoneri ad restitutionem dictarum possessionum et bonorum ecclesie nostre et capituli nostri sepiissime et crebrius exhortantes. Memorati autem fratres ordinis nostri hec monita nostra salubria minimum attendentes quinymmo refutantes omnino in sua duricia perseverantes dictas possessiones seu hereditates et bona ac iura alia nobis et ecclesie nostre ac capitulo nostro reddere et ab occupatione eorum desistere hucusque minime curaverunt, sed occupata detinent ut ante et detenta [nobis]^b et capitulo nostro invitis sue salutis immemores possident sicut prius. Quare vobis preces multimodas porrigimus in his scriptis rogantes instancius, quatenus, cum tabellionum copia in nostris partibus non habeatur, in testimonium protestacionis ac in signum publicacionis litterarum nostrarum facte coram vobis vestra sigilla huic littere apponere vestra reverencia non recuset ac vos in testimonium subscribi faciatis, pro quo vobis vestrisque ecclesiis seu monasteriis ad queque beneplacita unacum capitulo nostro erimus in perpetuum obligati. In signum protestacionis eiusdem sigillum nostrum ac capituli nostri presenti protestacioni duximus apponenda. Datum et actum in Ecclesia nostra Königsberg Anno domini M^o CCC^o XXI^o Kalendas Augusti.

*Abschrift a. d. Ende des 14. Jahrhunderts auf Pergament in dem Fürstl. Czartoryski'schen Museum in Krakau.
— Perlbach i. d. Zeitschrift d. Westpreuss. Geschichtsvereins Heft I. 1880. S. 88.*

a) im Text: maniste. b) nobis fehlt im Text.

229.

[1321. August 4.] *Königsberg.* Hugo, Vogt von Samland, Gottfried, Hauskomthur, und der Convent von Königsberg beklagen sich bei dem Generalkapitel in Frankfurt über den Propst Johannes von Samland.

Reverendis viris, vigilię et religiositatis fratribus, preceptoribus, commendatoribus universisque fratribus hospitalis sancte [Marie Theutonicorum, qui] ad capitulum in Frankenvort celebrandum sunt venturi, frater Hugo, [advocatus] terre [Sambie], et frater Gotfridus, vicecommendator in Kuningsbergh, totusque conventus castri de eiusdem sacre professionis [salutem] oracionesque nostras in Christo, ut eius spiritus successibus prosperat in suis dolore vero cogimur querulari, quod frater Johannes nostre prepositus ecclesie Sambiensis, dei timore postposito bonam fratris predecessoris domo nostre sacre professionis detractionis sue dilan et hec omnia nobis capitulo suo misimus plen unde si nos et vos eiusdem sa[cre professionis] petimus suppliciter nobis, ut dignemini in hoc casu et auis passu monentes [prepo]situm et suum capitulum, ut idem prepositus cum [suo capitulo] talia docetur te precare nec permittatis alienari que idem prepositus repetere quod per quinquaginta annos et am[plius] Datum in castro K[uningsbergh] sum sigilla fratris Hugonis, advocati, vicecommendatoris dicti castri in crastin[o inventi]onis sancti Stephani prothomartyris.¹⁾

Adresse: Reverendis viris et multe discretionis fratribus hospitalis sancte Marie Teutonicorum . . . preceptoribus . . . commendatoribus ad capitulum in Frankenvort celebrandum venturis hec littera presentetur sine mora.

Nur theilweise erhaltenes Original auf Pergament, losgelöst mit 10 andern Briefen von der Innenseite der Holzdeckel der Handschriften nr. 1085 und 1107 der Kgl. u. Univ.-Bibliothek zu Königsberg und daselbst aufbewahrt. Mitgetheilt von Perlbach in der Altpreuss. Monatsschrift X. 1873. S. 79. — Der Brief steht zweifellos in Zusammenhang mit nr. 227 u. nr. 228, und man dürfte kaum fehlgreifen, wenn man als Anfrage an das Generalkapitel des Ordens ansieht, was in Folge des von Seiten des Samländischen Bischofs und Domkapitels erhobenen Protestes nunmehr geschehen solle. Er würde dann in das Jahr 1321 zu setzen und, wenn man die Lücke in der Tagesangabe statt des ungewöhnlichen in crastino translationis sancti Stephani durch das bekanntere Fest inventionis sancti Stephani ergänzt, vom 4. August zu datiren sein.

230.

1321. August 28. Elbing (resp. August 13. Fischhausen). Johannes, Bischof von Samland, protestirt gegen ein von Seiten des Erzbischofs Janislaw von Gnesen, des Bischofs Domarat von Posen und des Abtes Nicolaus von Mogilno in ihrer Eigenschaft als Schiedsrichter in dem zwischen dem Deutschen Orden und Polen über Pommern schwebenden Streit erlassenes Mandat und appellirt an den heiligen Stuhl.

¹⁾ Perlbach ergänzt: in crastin[o translati]onis sancti Stephani prothomartyris.

Ista est copia appellacionis nostre interposita contra mandatum episcoporum Polonie.^{a1)}

In nomine domini amen. Cum sacris canonibus sit provisum, ut gravati indebite in iudicio vel extra per iniquas sentencias vel mandata appellacionis diffugio valeant se tueri, hinc est, quod nos frater Johannes, dei gracia et sedis apostolice providencia episcopus ecclesie Sambiensis, sencientes nos gravatos et verisimiliter metuentes in posterum acrius aggravandos per vos, venerabiles patres, dominos . . Janizlaum, sancte Gnezdensis ecclesie archiepiscopum, et Domeratum, Posnaniensis ecclesie episcopum, et fratrem Nycolaum, abbatem de Mogilna, ordinis sancti Benedicti Gnezdensis dyocesis, qui vos dicitis iudices a sede apostolica delegatos, per quoddam mandatum vestrum nobis nuper II^o Ydus Augusti vestris nunciis, ut dicebant, iuratis directum, in quo nobis mandastis, quod personaliter infra triduum ad magistrum et commendatorem provincialem et alios nostre dyocesis commendatores accedere deberemus et ipsos, nisi ad certum terminum terram Pomeranie illustri principi, domino . . regi Polonie, cum XXX^a milibus marcarum fructuum perceptorum una cum expensis in lite factis restituant, excommunicatos et terras ipsorum ecclesiastico interdicto per vos suppositas denunciare pupplice deberemus, eisdem sepultura ecclesiastica penitus denegata, nos huius modi mandatum vestrum ex infrascriptis causis impossibile, iniustum et temerarium reputantes exequi non tenemur. Primo ex eo, quod mandastis nobis, quod ad predictos . . magistrum . . commendatorem provincialem et fratres infra triduum iter arripere deberemus, quod reputamus intollerabile et impossibile, cum magister sit in Alemania et alii preceptores, de quibus mandastis, longe ante vestri mandati noticiam ad suum generale capitulum iverunt, quod et vos ipsos credimus non latere. Item mandastis indistincte, quod una cum preposito ecclesie nostre vestrum exequeremur mandatum, qui tamen prepositus pro nostris et ecclesie nostre expediendis negociis diu ante receptionem predicti mandati versus Alemaniam arripuerat iter suum,² cum quo, sicut non possumus, sic sine ipso iuxta vestri mandati tenorem exequi non tenemur. Dicimus eciam iniustum mandatum vestrum et nos gravatos ex eo, quod mandastis, ut prefatum commendatorem provincialem personaliter moneremus et monitum denunciarem, cuius domicilium, quia a nostro ad octo distat dietas, et ob hoc sine gravi dispendio et multis expensis id facere non possemus, quia vobis non tenemur nostris expensis et propriis stipendiis militare. Preterea quia de mandato apostolico vobis, ut dicitur, directo certificati non sumus, ideo id, quod eius pretexto mandatis, exequi non oportet. Ceterum liquet nobis plerisque ecclesiarum Pruscie prelati et rectoribus, quod predicti . . magister et fratres ante et post vestram sentenciam ad sedem apostolicam appellarunt in scriptis et

a) Diese Ueberschrift wird im Text noch ein Mal wiederholt.

¹⁾ Vgl. darüber Caro, *Geschichte Polens II*, S. 91 ff.

²⁾ Vgl. nr. 227.



appellaciones suas tam nobis quam aliis Pruscie prelatis, religiosis ac clericis secularibus pupplicarunt nec in mora prosequendi fuerunt, quia terminus de iure eis competens non est lapsus, et ob hoc vestrum mandatum temerarium reputamus. Item quia vestrum mandatum, in quo dicitis, quod . . magister et fratres dominum . . regem Polonie manu rapaci spoliaverint terra Pomeranie supradicta, salva vestra reverencia, non continet veritatem, quia manifestum est et probari potest ubique, quod ipsam terram cum sua pecunia legitime sunt mercati. Ex hiis mandatis vestris nos reputantes, ut premititur, indebite pregravatos et timentes atrocius pregravandos in hiis scriptis ad sanctam sedem apostolicam appellamus et apostolos petimus, iterum eos petimus et iterato cum instantia petimus nobis dari, nos et statum nostrum et subiectos nobis clerum et populum et omnia iura nostra cum omnibus nobis adherentibus ac in posterum adherere volentibus eiusdem sancte sedis protectioni et defensionis humiliter submittendo. Lecta, interposita et pupplicata est hec appellacio in çapella castri nostri Vischusen, ipse (!) Ydus Augusti, id est in festo sanctorum martyrum Ypoliti et sociorum eius, Anno domini M.CCC.XXI. presentibus discretis viris, plebanis nostre dyocesis, dominis fratre Conrado in Kungesberg ecclesie nostre canonico, Nycolao in Rudow, Syffrido in Medenow, Conrado in Pobeten, Reynhero in Girmow, Johanne in Vischusen, fratre Volrado de Liddelow, nostro advocato, et aliis quam pluribus fide dignis. Lecta est eciam hec littera in Elbingo, In die beati Augustini coram venerabilibus patribus et dominis, domino Nycolao, Culmensis ecclesie episcopo, domino Eberhardo, Warmyensis ecclesie episcopo, et coram honorabilibus viris, dominis preposito et canonicis Pom[e]zaniensis^a ecclesie et canonicis Warmyensis ecclesie et aliis quam pluribus viris fidedignis inibi congregatis.

Abschrift auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 68.

Voigt, Cod. dipl. Pruss. II. nr. 97. Cod. dipl. Warmiens. I. Reg. nr. 321. Urkbb. d. Bisth. Culm I.

** nr. 194. Vgl. auch Ss. rer. Pruss. V. S. 395.*

a) *im Text Pomzaniensis*

231.

1322. Mai 20. Königsberg. *Johannes, Bischof, und das Domkapitel von Samland und Landmeister Friedrich von Wildenberg schliessen einen Vertrag behufs Abstellung der von Seiten der Samländischen Geistlichkeit wider den Deutschen Orden erhobenen Beschwerden.¹⁾*

A. Urkunde des Bischofs.

In nomine domini Amen. Ex debito nostri officii pastoralis, ad quod sumus in partem tante^a sollicitudinis vocati licet inme-

a) *tamen A.*

B. Urkunde des Landmeisters.

In nomine domini Amen. Cum sit summa ratio, que pro religione facit, decet ob hoc quoslibet viros religiosos summopere in cunctis suis negociis et contractibus agnoscere

¹⁾ *Vgl. nr. 226 u. 227.*

riti de misericordia omnium creatoris, decet prospicere sollicitudine principali, ut disci-diorum causa preclusa status nostre ecclesie in melius reformetur. Idcirco nos, frater Johannes, divina et apostolice sedis providencia episcopus, totumque capitulum ecclesie Sam-biensis notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos nostram Sambiensem eccle-siam lesam aliqualiter sencientes per quas-dam collaciones, locaciones et infeudaciones factas in bonis ecclesie nostre per aliquos predecessores nostros inconsulte et per reli-giosos viros, magistros et fratres Pruscie or-dinis domus Theuthunice hospitalis sancte Marie Jerusalimitani, qui fuerunt pro tempore vice et nomine eorundem, et per quasdam commutaciones factas cum eisdem fratribus per eosdem nostros predecessores et eorum capitula, prout hec eciam eis succedentes ipsi nostri predecessores suis litteris confirma-verunt et suis sigillis authenticis roboraverunt. Quia tamen non potuimus salva consciencia hoc preterire, dictos magistrum et fratres mo-nuimus, rogavimus et sumus multipliciter exhortati, quatenus in hiis locacionibus, colla-cionibus, infeudacionibus et commutacionibus nostram ecclesiam reformarent. Qui licet sine dolo et sine malicia locaciones, collaciones, permutaciones et infeudaciones huiusmodi fe-cerint sicut in suis propriis bonis tunc tem-poris fecissent, prout eorum privilegia de-monstrarunt, tamen ut viri religiosi et con-scientiati in supplementum tercię partis terre Sambiensis, si quid nobis deesset de terciã parte eiusdem terre, que nos contingit, terciã

bonam fidem. Hinc est, quod nos, frater Fredericus de Wildenberg, magister fratrum Pruscie, et frater Heynricus de Isenberg, com-mendator in Kungesberg, et frater Hugo de Almenhusen, advocatus terre Sambiensis, una cum ceteris preceptoribus terre Pruscie notum facimus tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod, cum venerabilis pater, frater Johannes, dei et apostolica provi-dencia ecclesie Sambiensis episcopus, una cum capitulo suo gravi querela proponeret coram nobis, suam ecclesiam aliqualiter esse lesam per quasdam collaciones, locaciones, infeuda-ciones et permutaciones olim initas inter suos predecessores et nostros, bona tamen fide utique hinc et inde, prout hoc ex privilegiis auten-ticis a predecessoribus suis et eorum capitu-lis nobis datis liquide satis patet, supplicans vehementer, ut in hiis dignum duceremus ecclesiam suam reformare, in quibus ipsam possent ostendere lesam esse: nos, dei iusticiam habentes pre oculis, ipsis in supplementum tercię partis terre Sambiensis, que eos con-tingit, terciã partem sacri campi¹⁾ dedimus et assignavimus, qui campus prius remanserat indivisus, et datum limitavimus et limitatum signavimus eis presentibus et consencientibus in limitibus infrascriptis. Primus limes sive granicia incipit in campo cuiusdam Pruteni, dicti Pomaude, ubi palus est fixus, a quo directe procedendum est ad locum, qui dicitur Brantstat²⁾, et ab hoc loco directe eundum est usque ad palum in terram positum et, ut moris est, circumfossus lapidibus atque terris, et ab illo palo usque ad salsum mare protenditur

¹⁾ Vgl. S. 148 Anm. 1.

²⁾ Vgl. S. 148 Anm. 2.

partem sacri campi,¹⁾ qui prius indivisus remanserat, prout anno preterito de nostro et dictorum fratrum consensu limitatus, signatus et a nobis in suis limitibus acceptatus fuit, nostre ecclesie assignarunt. Qui limites sic in suis lineis, prout infra scribitur, deducuntur. Primus limes sive granicia incipit in campo cuiusdam Pruteni, dicti Pomaude^a, ubi palus fixus est, a quo campo directe procedendum est ad locum, qui Brandstat^{b2)} appellatur, et ab hoc loco directe eundum est usque ad palum in terram positum, circumfossam et circumfusam terra, de quo palo ultra in mare salsum. Et in alio latere^c primus limes seu granicia est quercus arida, que in loco circa arbores, que kirsbovm dicuntur, sita est, et ab hac quercu directe eundum est usque ad quercum viridem, signatam, circumpositam terra et circumfossam, a qua quercu in salsum mare lineariter procedatur. Quidquid infra dictos limites sive granicias continetur, ad nostram ecclesiam pleno iure^d pertinet assignatum, ita tamen quod homines nostri, qui in villis infra dictos limites constitutis morantur, prata et pascua, que extra dictos limites in parte, que magistrum et fratres contingit, ab antiquo habuerunt, ad huc libere perpetuo possideant sicut prius, et econverso Sambite magistri et fratrum dictorum prata et pascua sua, que infra dictos limites nostros hactenus

a) Pamaude B. b) Branstat B. c) littore B. d) iure fehlt A.

dictus limes. Item in alio latere primus limes sive granicia est quedam quercus arida, que circa arbores cerusarum^a (!) est sita, et ab hac quercu itur ad quercum aliam viridem, terris atque lapidibus pro signaculo circumfossam et ab illa quercu usque ad mare salsum lineariter procedetur, et quicquid infra dictos limites sive granicias continetur, ipsis et eorum ecclesie assignavimus et tradidimus tenendum et possidendum perpetuo pleno iure, sic tamen quod Sambite nostri intra nostros limites ab antiquo habitantes prata et pascua, que in eorum limitibus antiquitus habuerunt, eciam nunc retineant et possideant cum quiete, et econverso homines ipsorum prata et pascua, que in nostris habuerunt limitibus, retineant et possideant sicut prius. Annuentes eciam, quod a fluvio Lasse³⁾ usque ad graniciam eorum circa sacrum campum homines sui una cum^b hominibus nostris possint colligere lapidem marinum communiter vel divisim et in mari salso piscari, quemadmodum antiquitus consueverunt. Item in supplementum tercię partis^c terre Sambie predictę dedimus dominis memoratis allodium nostrum bene edificatum et satum, circa fluvium Lauthen situm⁴⁾ sub limitibus infrascriptis. Primus limes est palus magnus in terram positus, terris atque lapidibus circumfusus, qui stat

a) lies: cerasorum; vgl. nr. 270 Anm. 19. b) cum steht über der Zeile. c) tercię partis steht zwei Mal da.

1) Vgl. zu dieser und den folgenden Anmerkungen die der Ausfertigung des Landmeisters beigefügten Ortsnamenerklärungen aus A 200 u. A 201, ferner Toeppen, Hist. comp. Geographie S. 140. Das heilige Feld haben wir in der nordwestlichen Ecke des Samlandes zu suchen, und zwar umfasste es im Wesentlichen das Gebiet des Kirchspiels Heiligen-Creutz.

2) Das Feld des Pomaude und Brandstat lagen, wie unten angegeben, bei dem Dorfe Gross-Hubnicken im Kirchspiel Heiligen-Creutz.

3) Vgl. S. 149 Anm. 1.

4) Vgl. nr. 77 u. 204.

habuerunt, libere et perpetuo possideant sicut prius.^a Adicientes, quod a fluvio Lasse¹⁾ usque ad graniciam nostram circa sacrum campum homines nostri una cum hominibus fratrum lapidem marinum colligere possint communiter vel divisim. Item in supplementum tercie partis terre Sambiensis predicte etiam ipsorum allodium eorum sumptibus bene edificatum et situm^b circa fluvium Lauthen.²⁾ Quod quidem allodium sic per eos extitit limitatum, quia primus limes sive granicia est palus magnus in terram inpositus^c, circumpositus lapidibus et terra circumfusis, qui stat apud silvam in fine agrorum dicti allodii versus castrum Konigisberg.^d A quo palo itur directe ad alium palum positum in medio magne vie, que ducit similiter ad dictum castrum, ab illo vero palo, qui stat in via, ad magnum lapidem signatum directe, qui iacet prope fluvium Pregoram et de lapide usque in Pregoram fluvium defluentem. Item eorum molendinum situm supra Lauthen fluvium ibidem³⁾ et duas villas de decem mansis, quarum una Lapsalov^e, alia vero Wangeniken⁴⁾ vulgariter nuncupatur, et medietatem insule, que dicitur advocati insula,⁵⁾ que directe iacet ex opposito civitatis Konigisberg.^f A qua

ante silvam in fine agrorum dicti allodii versus castrum Kungesberg, a quo palo itur directe ad alium palum positum in medio magne vie, que etiam ducit ad castrum iam dictum, et ab illo palo, qui stat in via usque ad magnum lapidem signatum directe, qui iacet iuxta fluvium Pregoram, ab illoque lapide in Pregoram fluvium defluentem. Item dedimus ipsis molendinum nostrum situm super fluvium Lauthen ibidem³⁾ et duas villas nostras de X mansis, quarum una Lapsalov, alia vero Wangeniken⁴⁾ vulgariter nuncupatur. Item dedimus eis dimidietatem insule, que dicitur insula advocati⁵⁾, que directe iacet ex opposito civitatis Kungesberg, indulgentes gratuito, ut ab hac parte insule sibi date per nostram partem usque ad remociorem pontem^a habeant viam tam latam, quod bene currus curru valeat obviare, nobis tamen eiusdem vie iudicio reservato. Item in alia insula versus castrum Arnov dedimus eis ortum pro equis suis pascendis et in illa insula, que directe iacet ex opposito castri Arnov⁶⁾ dedimus eis tantum de pratis, quod octo cumulos feni possunt facere tales et tantos, quales et quanti a nostris fratribus fieri consueverunt. Item indulsimus canonicis memo-

a) Die Worte e converso — sicut prius fehlen B. b) satum A. c) positus B. d) Konigisberg B. e) Lapsalov B. f) Konigisberg B.

a) im Text: remociorem insulas pontem, insulas ist ausgestrichen.

1) Unter Lasse ist, wie aus Nr. 270 klar hervorgeht und wie auch Toeppen, Geogr. S. 144 annimmt, der bei Kraxteppelin mündende Bach zu verstehen. Die Angabe „flumen circa Schalkenick“ führt zu dem Schlusse, dass ein später untergegangenes Dorf dieses Namens dort gelegen habe, darf aber nicht auf das im Kirchspiel Germau gelegene Saltnicken bezogen werden.

2) Vgl. nr. 77 u. 204.

3) Vgl. Nr. 77.

4) Lapsau u. Wangenicken im Kirchspiel Neuhausen. — 6) Vgl. S. 150 Anm. 1.

5) Der Kneiphof. Der Bischof erhielt den östlichen Theil, auf welchem später der zweite Dom erbaut wurde. Die via ist — falls es überhaupt angeht, dieselbe zu einer der heutigen Strassen in Beziehung zu setzen — vermuthlich die

parte eorum per aliam^a partem versus remotiorem pontem habere debemus viam ita latam, quod unus currus possit alteri obviare, magistro tamen et fratribus predictis eiusdem vie^b iudicio reservato. Item in alia insula versus Arnou ex opposito prefate insule, que dicitur advocati, sita ortum pro equis pascendis et in insula, que directe iacet ex opposito castris Arnou¹⁾ tantum de pratis, quod octo cumulos feni habere possimus, prout et iidem fratres facere eorum cumulos consueverunt. Et quod canonici nostri predicti possint facere pontem a vico mansioni eorum immediate contiguo usque ad mediam partem insule supradicte,²⁾ que eos contingit, ita tamen quod commode quelibet navis sive ligature lignorum sine impedimento aliquo valeant pertransire. Et hec omnia assignarunt nostre ecclesie libere et perpetuo possidenda in supplementum tercię partis terre Sambiensis predictę. Nos vero assignaciones et donaciones prehabitas dictorum magistri et fratrum gratanter acceptantes et eis contenti omnes infra-scriptas commutaciones de maturo consilio et unanimi consensu et sollempni tractatu prehabitis nostrorum fratrum capituli Sambiensis ratificamus tam pro nobis quam pro successoribus nostris et capitulo nostro. Primo videlicet illam commutacionem, in qua pro

ratis, quod a fine vici ipsorum habitacioni contigui possint facere pontem²⁾) usque ad mediam partem insule sibi date, hoc tamen proviso, ut sub illo ponte quelibet naves et quelibet lignorum congeries sine impedimento valeant pertransire. Et hec omnia supradicta predictis dominis et ecclesie sue donavimus et assignavimus iure perpetuo libere possidenda in totale supplementum tercię partis terre Sambiensis predictę, que ipsos quoque modo contingere potuisset. Ipsi vero domini memorati, episcopus et capitulum ecclesie Sambiensis, tamquam viri rationabiles et sensati predictas nostras donaciones acceptantes gratanter nobisque precavere volentes de futuris periculis, ut decebat, infrascriptas commutaciones inter suos et nostros predecessores olim factas de maturo et unanimi ipsorum consilio et consensu et sollempni tractatu prehabito inter eos approbaverunt et suis authenticis litteris ratificaverunt tam pro se quam pro suis successoribus in eternum. Primo videlicet illam permutacionem, qua pro terciã parte montis Kungesberg et allodio nostro de LX^a mansis ibidem et terciã parte molendini ibidem predecessores nostri suis predecessoribus donaverunt et tradiderunt villam dictam Windeschthure, sitam in terra Culmensi, L^a mansos habentem.³⁾ Item

a) per aliam in Text noch ein Mal wiederholt A. b) vie fehlt A.

Fleischbänkenstrasse, wenigstens scheint diese früher als die Brodbänkenstrasse, an welche man auch denken könnte, entstanden zu sein, denn Bering bezeichnet sie auf seinem Stadtplan als „Alte Thumgasse“, während letztere bei ihm in „Brodbänkenstrasse, Markt und Neue Thumgasse“ zerfällt. Pons remotior ist die Koggen-, spätere Krämerbrücke, welche schon in der Handfeste der Altstadt Königsberg (1286 Februar 28) als pons Kunigesberg erwähnt wird. Vgl. Beckherrs, Gesch. d. Befest. Kgsbgs. (Altpr. Mtsschrift. XXVII. 1890) S. 414.

1) Vgl. S. 26 Anm. 3 u. S. 43 Anm. 3.

2) Die vom Ausgang der Badergasse nach dem Kneiphof hinüberführende Dombrücke. Vgl. Beckherrs, l. c. S. 430.

3) Vgl. nr. 77.

tercia parte montis Konigisberg^a et allodio fratrum ibidem adjacente cum LX mansis et tercia parte molendini ibidem fratres predicti villam, que Windeschethure^b dicitur, sitam in terra Culmensi cum L mansis nobis^c et nostre ecclesie tradiderant, illa vice eiam approbamus.¹⁾ Item commutationem cum predecessoribus nostris factam pro nostro territorio Sabenow et lapide marino, qui burnsteyn dicitur, qui ibidem reperitur, pro quibus aliud territorium, dictum Drabenow et Metkaym, et quedam bona in Duringia,^d videlicet villam, que Frimar^e dicitur, tradiderant, illo tempore nostre ecclesie tunc acceptatam nunc eiam irrefragabiliter approbamus.²⁾ Item commutationem factam pro loco castri nostri Schonewik et oppido adiacenti et quibusdam agris, silvis et pratis adiacentibus et pro medietate molendini siti iuxta dictum castrum nostrum, que omnia recepimus pro tercia parte silve nostre Wogrim,^f prout hec in privilegiis aliis a predecessoribus nostris et capitulo datis eisdem magistro et fratribus plenius sunt expressa.³⁾ Item commutationem^g factam de bonis circa Medenow, que vocantur Woyskaynis et Sursyen^h commutatis pro villa Raxiten approbamus⁴⁾ et omnes locaciones, collaciones, infeudaciones seu permutaciones supradictas, super quibus littere originales sive confirmationum a nostris predecessoribus sunt confectae, una cum expresso consensu nostri capituli

approbaverunt et ratificaverunt suo et successorum suorum nomine commutationem factam de territorio Sabenow et lapide marino, qui burnsteyn dicitur, qui eiam ibidem inventus colligitur, pro quibus ipsis aliud territorium, dictum Drabenow et Metkaym, et quandam villam sollempnem, dictam Vrimar, in Turingia sitam, a nostris predecessoribus ipsorum predecessoribus datam et traditam illa vice.²⁾ Item approbaverunt commutationem factam de tercia parte silve Wogrim, pro qua silva date sunt eis res infrascripte: locus castri ipsorum in Schonewik et opidum adiacens cum quibusdam agris, silvis et pratis adiacentibus et medietas molendini siti iuxta dictum castrum, que omnia acceptaverunt pro tercia parte silve memorate, prout hoc patet ex autenticis privilegiis ab eorum predecessoribus nobis datis.³⁾ Item approbaverunt permutacionem de bonis circa Medenow sitis, que vocantur Woyskaynis et Sursieynis, commutatis pro villa Raxiten vulgariter nominata⁴⁾ et generaliter omnes locaciones, collaciones, infeudaciones et permutaciones supratatas, super quibus litteras originales seu confirmaciones a predecessoribus ipsorum habemus, suo et successorum suorum nomine ex certa sciencia communi et unanimi omnium ipsorum accedente consensu et tractatu prehabito innovaverunt, approbaverunt et ratificaverunt perpetue firmitatis robore duratura. Renunciantes suo et succes-

a) Konigisberg B. b) Windeschthure B. c) quam nobis A. B. d) Thuringia B. e) Vrymar B. f) Wogrym B. g) permutacionem B. h) Sursyen A.

1) Vgl. nr. 77.

2) Vgl. nr. 107.

3) Vgl. nr. 187.

4) Vgl. nr. 194.

ex certa sciencia innovamus et nostro successorumque nostrorum nomine in nomine domini ratificamus perpetuo^a firmitatis robore duratura. Renunciantes nos una cum capitulo nostro nostro et successorum nostrorum nomine in perpetuum omni actioni, inpeticioni, excepcioni doli, restitutioni in integrum, actioni recissorie (!) et quanto minoris et litteris quibuscunque a sede apostolica inpetratis vel in posterum inpetrandis, datis vel dandis et omni auxilio iuris canonici vel civilis omni statuto et consuetudini et omnibus privilegiis et munimentis, quibus hec transactio in posterum valeat inpugnari, que nobis et capitulo nostro et successoribus nostris possent competere contra premissa vel quodlibet premisorum. Exceptis bonis extra terram Sambie, infra tamen dyocesim sitis, que nondum sunt divisa, quorum tertia pars nos contingit una cum tertia parte Nergie Curoniensis, que se extendit versus Memelam, et alterius Nergie tertiā partem, que se extendit versus Gdanzk.^b Si vero dicte locaciones, collaciones, infeudaciones et permutaciones fuissent in aliquo prejudicialis nostre ecclesie atque nobis et aliquis esset defectus tercię partis nostre terre Sambiensis predictę, ipsi magister et fratres nostre ecclesie trecentas marcas puri et examinati argenti liberaliter donaverunt in usus ecclesie convertendas, quas in usus ecclesie convertimus sicut ecclesie nostre necessitas requirebat, insuper sexcentas marcas^c puri argenti magister et fratres prenominati nobis pro solucione servicij camere^d sanctissimi patris nostri et domini pape in extrema necessitate^e mutuo concesserunt ipsis per nos et nostram eccle-

sorū suorum nomine in perpetuum omni actioni, inpeticioni et excepcioni doli mali, restitutioni in integrum, actioni recissorie (!) et quanto minoris et simpliciter litteris quibuscunque a sede apostolica vel metropolitana seu a legatis sedis eiusdem inpetratis vel in posterum inpetrandis, datis vel dandis et generaliter omni auxilio iuris canonici vel civilis, omni statuto et consuetudini, omnibus privilegiis et munimentis habitis vel habendis, que ipsis possent competere ad hanc transactioem seu amicabilem compositionem vel quamlibet partem eius in posterum inpugnandam. Ab hac ordinacione excipiuntur bona extra terram Sambie, infra tamen dyocesim constituta, si qua nondum divisa sunt, una cum tertia parte Nergie Curoniensis, que se extendit versus Memelam, et tertia parte alterius Nergie, que se extendit versus Gdanzk, quarum dividendarum eos tertia pars continget. Item si ex pretactis locacionibus, collacionibus, infeudacionibus, permutacionibus aliquem forte sentire possent defectum in posterum, ex quo forte vellent causari, se tertiā partem terre Sambie vel eius equivalenciam plenarie non habere, ad hoc precludendum eorumque votis pro nostris viribus benivole complacendum, ipsis donavimus liberaliter trecentas marcas puri argenti et mutuavimus sexcentas nobis ab ipsis infra septennium a data presencium persolvendas, quas in usus valde necessarios converterunt. Volentes eciam, ut et alia bona sua, sicut et ista, de quibus racionabiliter est transactum, in suis antiquis graniciis permaneant inconcussa. Ipsi quoque denuo hac donacione una

a) perpetue B. b) Dantzk B. c) marcas fehlt A. d) camere fehlt A. e) necessitudine B.

siam infra septennium a data presencium persolvendas. Hoc acto (!), ut et alia bona ad nos et ad nostram ecclesiam pertinencia exceptis bonis superius nominatis, super quibus racionabiliter est transactum, in suis antiquis graniciis permaneant^a inconcussa. Nos quoque una cum capitulo nostro hac transaccione bene contenti terciam partem terre Sambie vel eius equivalenciam recognoscimus plenarie nos habere, et si forte fratrum sollicitudine pars ipsorum tractu temporis fuerit emendata, nec ex hoc aliquid unquam^b vendicabimus aut petemus. Item ut prenominatis magistro et fratribus plenissime caveamus, ne unquam contra hanc amicabilem compositionem, ordinationem seu transactionem in litigiorum pertrahantur anfractus, obligamus nos, capitulum nostrum, ecclesiam et successores nostros, ut si qui fuerint, quod absit, qui contra hanc ordinationem vel quamlibet eius partem eisdem fratribus litem in iudicio movere presumpserint, hii ante omnem litis ingressum teneantur magistro et fratribus reddere pecuniam nobis datam, videlicet trecentas marcas puri argenti, ipsique fratres ex tunc se de bonis nobis in compositione pretacta datis et traditis libere intromittant, nichilominus tamen ipsa compositio, ordinacio, transactio utpote rite facta non rescindatur ab hoc, sed in suo persistat robore firmitatis. Et ut hec ordinacio, transactio seu amicabile compositio, sicut bona fide ex utraque parte nostrum extitit comportata, sic eciam inviolabilis perpetuo perseveret, presens scriptum inde confectum nostro nostrique capituli sigillorum munimine duximus roborandum et ad maiorem cautelam et fidem et evi-

cum predicta ordinatione plene contenti, terciam partem terre Sambie vel eius equivalenciam pleniter se habere in suis litteris recognoscunt. Et ut reciproca sinceritate nobis et successoribus nostris plenissime caveant in futurum, ne unquam contra hanc ordinationem et amicabilem compositionem seu aliquam partem sui per successores ipsorum vel eorum aliquem in litigiorum pertrahamur anfractus, obligans (!) se, ecclesiam et successores eorum, ut si qui fuerint vel futuri sint, quod absit, qui contra hanc ordinationem vel eius partem nobis litem movere presumpserint in iudicio ecclesiastico vel civili, hii ante omnem litis ingressum pecuniam eis datam, videlicet trecentas marcas puri argenti, nobis reddere teneantur, nos quoque de bonis ipsis in compositione pretacta datis et traditis extunc intromittere valeamus. Nichilominus tamen ipsa compositio, ordinacio seu transactio non rescindatur ob hoc, utpote rite facta, sed in suo persistat robore firmitatis. In cuius rei firmitatem et evidenciam plenior nos . . . magister Pruscie, commendator in Kungesberg, et advocatus terre Sambiensis superius nominati hanc litteram nostris sigillis dedimus consignatam. Datum et actum in Kungesberg Anno domini Millesimo CCC^o. XXII^o. XIII. Kalendaris Junii. Presentibus honorabilibus viris, dominis Frederico de Sultz doctore decretorum plebano in Thorun, Gerlibo plebano in Elbingo, Johanne plebano in Brunsberg, fratre Volz de Lidlow advocato ecclesie Sambiensis et aliis fratribus nostris pluribusque aliis fide dignis.

a) persistant B. b) unquam in futurum B.

denciam pleniorē id ipsum sub sigillis venerabilis patris, domini Eberhardi, Warmiensis episcopi, et sui capituli et sub sigillis honorabilium capitulorum Culmensis et Pomezaniensis ecclesiarum, quarum^a nunc desunt episcopi, eciam fecimus consignari. Actum et datum in Ecclesia nostra cathedrali Konigisberg Anno domini Millesimo· C·C·C· XXII· XIII· kalendas Junii presentibus testibus infrascriptis, dominis fratribus· Johanne preposito· Gerwino decano· Petro officiali· Jacobo custode· et ceteris omnibus ecclesie nostre canonicis et fratribus Heynrico de Ysenberk commendatore in Konigisberg^b Hugone de Almenhusen advocato terre Sambie Volcz advocato nostre ecclesie et dominis Friderico^c de Sulcz doctore decretorum plebano in Thorun· Gerlibo plebano in Elbingo· Johanne plebano in Brunsberg^d et aliis pluribus fide dignis.

a) quorum A. B. b) Henrico de Isenburg commendatore in Kongisberg B. c) Frederico B. d) Konigisberg B.

Abschriften in dem Quartanten Rigische Handlung (A 86) fol. 126^v (A), in dem Copiarium A 18 fol. LXXX^r (B) und noch mehrere andere im Staats-Archiv zu Königsberg. — Urkdb. d. Bisth. Culm. I. nr. 195. 2.

Original auf Pergament im Domkap.-Archiv zu Frauenburg mit Schnüren von rother und grüner Seide für 3 Siegel: das erste fehlt ganz, von dem zweiten ist nur noch die Siegelschaale erhalten, das dritte, das des Ordensvogts von Samland, rund in weissem Wachs stimmt mit der unter nr. 232 B. gegebenen Beschreibung überein. Mehrere Abschriften im Staats-Archiv zu Königsberg. In zwei derselben, Privil. d. Bisth. Samland A (A 200) fol. XXXIII^r und B (A 201) K.-A. Thierenberg fol. XXI^o sind dem Text folgende interessante Namensklärungen beigefügt:

Interpretacio privilegii Summa ratio, in quo quid[e]m^a privilegio habentur divisiones diocesium terre Prussie cum ordine Theotonicorum et signanter diocesis Sambiensis per quendam legatum sedis apostolice fact[e]^b:

Item Pomayde et Brandtstat jacet circa Groshubennick. Item fluvius Lasse est fluvius circa Schalkenick. Item Sacer campus est villa Groszhubennick dicta. Item allodium circa Lawthe ist das die keller sein hinder dem krüge zur Lawthe, die denn gewelbet sein. Item Insula advocati ist das, do der thwm iczundt ley, do pflogen die fischer etwan mit den fischbuden zu wonen. Item ab hac parte insule usque ad remociorem pontem ist die gasse, die do geht awcz dem thwme inn die lange gasse. Item ortus pro equis pascendis ist das, do die Arnaw iczundt ley vff ieneseyt der Lawthe. Item Metkaym est villa Sehfelt.

Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 76. Voigt, Cod. dipl. Pruss. II. nr. 100. Cod. dipl. Warmiens. I. Reg. nr. 325. Perlbach, Reg. d. St. Königsberg nr. 17 (Altpreuss. Mtsschrift XVIII. 1881. S. 8.) Urkdb. d. Bisth. Culm. I. nr. 195. 1.

a) *im Text*: quidam. b) *im Text*: factis.

232.

1322. Mai 20 (resp. Mai 19).¹⁾ Königsberg. Vertrag zwischen Johannes, Bischof von Samland, Heinrich von Isenberg, Comthur zu Königsberg, Hugo von Almenhausen, Vogt von Samland, und dem Convent zu Königsberg, in welchem der Bischof letzteren das zum Bisthum gehörende Drittel des heiligen Feldes und die Fischerei im Frischen Haff beim Walde Poys für seine Lebenszeit unter Vorbehalt gewisser Rechte überlässt.

A. Urkunde des Bischofs.

In nomine domini amen. Nos frater Johannes, dei et apostolica providencia episcopus ecclesie Sambiensis, notum facimus universis presentem litteram inspecturis, quod honorabiles viros, commendatorem et fratres in Kuningisberch, nostros fautores et fratres karissimos pio, prout decet, prosequentes affectu ipsis liberaliter facimus gratiam infrascriptam, hanc videlicet, quod ipsis sacrum campum pertinentem ad partem terciam sortis nostre²⁾ pro pastura equorum suorum et falcatura feni concedimus pro toto tempore vite nostre, nullum tamen ex hac concessione nostris successoribus preiudicium inducturi, sic tamen ut homines nostri inibi habitantes sua prata suasque pasturas et agros et silvas, quas habuerunt ex antiquo et habere debent de iure, retineant inconvulse nobisque in dandis decimis, prestandis serviciis et iuribus omnibus remaneant obnoxii nullique alteri in hiis quam nobis pareant et intendant. Item quod iidem homines a loco, in quo fluvius Lassa influit mare salsum, usque ad graniciam quercus site iuxta curiam fratrum sacri campi lapidem marinum communiter vel divisim cum hominibus fratrum possint colligere, quem lapidem nulli alteri quam nobis aut nostro officiali

B. Urkunde des Comthurs.

In nomine domini amen. Nos frater Heynricus de Iseberg, commendator fratrum domus Theutonice in Kungesberch, et frater Hugo de Almenhusen, terre Sambie advocatus, una cum ceteris fratribus de conventu in Kungisberch sub tenore presencium publice recognoscimus et fatemur, quod in piscaria ecclesie Sambiensis sub silva Poys in mari recenti et in parte ecclesie silve sacri campi nichil iuris habemus neque dominii, sed ea de gracia et liberalitate venerabilis patris, domini Johannis, dei et apostolica providencia ecclesie Sambiensis episcopi, precario possidemus, qui nobis piscariam in aqua, pascua et prata in silva predicta sacri campi contulit tenenda dumtaxat temporibus vite sue, reservatis tamen sibi duobus magnis retibus pro sua piscatura suisque hominibus, ut in parvis reticulis ibidem piscari valeant, sicut antiquitus consueverunt. Item reservant sibi homines suos in eadem sua parte sacri campi morantes cum decimis, serviciis, pratis et pascuis et collectura lapidis marini piscaturaque in salso mari et omni iure, consuetudine et utilitate, prout actenus habuerunt. Post decessum vero eiusdem venerabilis patris nos sine contradictione qualibet ista resignabimus

¹⁾ Durch ein Versehen der Ordenskanzlei ist die Urkunde des Comthurs vom 19. Mai datirt, während sie wegen ihres Inhalts nothwendiger Weise ihre Stelle hinter nr. 231 B. finden muss.

²⁾ Vgl. nr. 231.

vendere aut presentare cogantur, et quod in salso mari piscari valeant, prout antea consueverunt. Item contulimus eisdem fratribus et amicis nostris karissimis eciam pro tempore vite nostre piscariam nostram et ad ec[c]lesiam^a nostram spectantem in recenti mari sub silva dicta Povs, nobis tamen ad piscandum ibidem duobus magnis retibus reservatis, in quibus retibus per fratres aut eorum familiam seu alios nolumus inpediri, et quod homines nostri cum suis reticulis ibidem piscari valeant sicut prius. Hoc acto (!), quod ex hac concessione nostra nulli successorum nostrorum preiudicium inferamus, sed nobis ex hac luce migrantibus illa concessio nostre ecclesie resignetur. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in ecclesia nostra cathedrali Kuningisberch. Anno Domini Millesimo. CCC^o. XXII. XIII. Kalendas Junii. Testes ergo nostre donacionis sunt frater Johannes prepositus ecclesie Sambiensis. frater Gerwinus et frater Petrus officialis et frater Wolcz^b advocatus et ceteri fide digni.

a) an Stelle des c ein Loch im Pergament. b) das Pergament ist an dieser Stelle abgerieben, zu erkennen ist nur noch ein Stück des W und cz.

Original auf Pergament, stockfleckig, im Staats-Archiv zu Königsberg. An Pergamentstreifen hängt das mit den bei nr. 223 gemachten Angaben übereinstimmende Siegel des Bischofs in rothem Wachs, dessen Spitzen abgebrochen sind. Ausserdem noch mehrere Abschriften ebenda. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. II. nr. 101. Voigt, Gesch. Preussens I. S. 641.

libere ecclesie memorate, nisi per bonam voluntatem eorum, qui pro tempore fuerint, quorum intererit, possimus diucius retinere. In cuius rei evidenciam plenioram presentem litteram inde conscriptam nos fratres, commendator et advocatus prenominati nostris sigillis duximus consignandam. Datum in Kungesberch in vigilia Ascensionis domini Anno ab incarnatione eiusdem Millesimo. CCC^o. XXII^o. presentibus fratribus infrascriptis. fratre Volcz advocato ecclesie Sambiensis. fratre Gotfrido vicecommendatore in Kungisberg. fratre Johanne commendatore in Gdancz. fratre Henrico Rutheno socio advocati terre Sambie et aliis fratribus de conventu.

Notarielles Transsumpt vom 13. October 1326 auf Pergament und mehrere Abschriften im Staats-Archiv zu Königsberg. In der Transsumptionsformel wird angegeben, dass das Original duobus sigillis rotundis cereis in pressulis de corio seu pergameno pendentibus besiegelt gewesen sei. Quorum quidem sigillorum forma et circumferencia talis erat. In primo sigillo apparuit ymago regis sedentis in sede, dyadema in capite, sceptrum in dextra et crucem in sinistra manu tenentis, cuius circumferencia talis est: S. commendatoris in Kungesberch (also übereinstimmend mit Vossberg, Gesch. d. Preuss. Münzen u. Siegel Taf. XIV. nr. 13). Secundum vero sigillum formam pillei Pruthenici sive Sambiensis incurvati in superiori parte, sicut Prutheni antiquitus ferre consueverant, continebat, cuius circumferencia talis est: S. advocati Sambiensis. Das Transsumpt schliesst: Acta sunt hec in Kungesberg aput cathedralem Ecclesiam Sambiensem anno, die, mense, indictione, pontificatu superius annotatis, presentibus venerabilibus et religiosus viris, dominis ac fratribus Johanne preposito. Bertramodecano. Petro officiali. Conrado plebano in Kungesberg. Jacobo de Thorun. Thoma. Petro de Elbingo prefate Sambiensis ecclesie canonicis ordinis beate Marie Theutonicorum necnon discreto viro, domino

Johanne plebano in Brunsberg et Warmiensi
ecclesie canonico et aliis fide dignis. — Voigt,
Cod. dipl. Pruss. II. nr. 102.

233.

1322. October 28. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, giebt Naglande, dem unehelichen Sohne des Tynge, eine Verschreibung über 1¹/₂ Haken bei Uggehnen.

Nos frater Johannes, dei gracia et apostolice sedis providencia episcopus Sambiensis ecclesie, omnibus presentibus et futuris hanc litteram intuentibus volumus esse notum, quod, cum quidam homo noster, Tynge nomine, de villa, que Vgeyne¹) dicitur, in districtu nostro Lobethow sita usque ad senilem etatem ex uxore sua legitima nullum verum generasset heredem nec aliquem alium superstitem hereditarium vel legitimum videret se relinquere successorem et ex hoc dicta bona sua hereditaria cunctasque res alias mobiles et immobiles ad nos nostramque ecclesiam seu successores nostros sciret pertinere in posterum iusticialiter et devolvi, propter quod non citatus, non vocatus nec compulsus ab aliquo vel coactus, sed sponte ad nostram veniens presenciam aliquibus aliis ex hominibus nostris secum adductis omnia bona sua predicta, quatuor uncas videlicet cum dimidio, et omnes alias res suas prescriptas tam mobiles quam immobiles sanus mente et corpore nobis et ecclesie nostre nostrisque successoribus, postquam amplius non fuerit, donavit libens et voluntarie resignavit. Petens nichilominus attente ac humillime nobis supplicans et devote, ut divine remunerationis intuitu cuidam spurio suo, nomine Naglande, sibi ex ancilla propria generato de eisdem bonis dignaremur in aliquo misericorditer providere. Nos vero misericordia moti victique precibus plurimorum ac puritatem sue fidei attendentes, de predictis bonis unum uncum cum dimidio, cum dictus Tynge senior decesserit, memorato Naglande, suo spurio, eiusque legitimis heredibus et successoribus contulimus et donavimus perpetuis temporibus libere possidendos. Ita tamen, ut ipsi de eisdem unco cum dimidio cum equo et armis Pruthenicalibus secundum patrie consuetudinem et aliorum hominum nostrorum ad defensionem ecclesie et terre nostre et ad edificacionem novorum castrorum sive municionum ac alias, ubi eorum indiguerimus et requisiti fuerint, nobis et nostris successoribus deservire et obsequi fideliter teneantur. Tali condicione addita, quod in signum recognicionis domini nostri singulis annis in festo beati Martini nobis nostrisque successoribus persolvent unum talentum cere, quod vulgariter dicitur marcphunt, cum uno denario Coloniensi aut cum quinque denariis pecunie usualis. Concedimus insuper et damus sibi suisque legitimis heredibus et successoribus ex speciali gracia hanc libertatem, quod, si quis aliquem eorum occiderit, pro emenda facienda persolvat pecuniam triginta marcarum. In cuius rei testimonium hanc litteram sibi dedimus nostro sigillo munitam, cuius rescriptum de verbo ad verbum in registro nostre camere

¹) Uggehnen im Kirchspiel Powunden.

fecimus diligencius registrari. Datum in Castro nostro Wischusyn in die beatorum Symonis et Iude apostolorum. Anno Domini M̄. CCC̄. XXIĪ presentibus dilectis nobis in Christo fratre Thoma canonico nostro. fratre Wolzcone advocato nostro. Conrado Wyssegode. Theodorico et Iohanne capellanis nostris et multis aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. 49^a r im Staats-Archiv zu Königsberg.

234.

1323. October 24. Elbing. Die Bischöfe Eberhard von Ermland, Johann von Samland, Rudolf von Pomesanien, Hermann, Propst der Culmischen, Eberhard, Propst der Pomesanischen, Johannes, Propst der Samländischen und Johannes, Decan der Ermländischen Kirche, fordern den Bischof von Oesel, die Pröpste, Domkapitel und Domherrn der Kirchen von Riga, Oesel, Dorpat und Reval, den Landmeister und die Deutschordensgebietiger in Livland u. a. m. auf, den mit den Lithauern geschlossenen Frieden zu widerrufen und den Kampf fortzusetzen. Datum in Elbingo Anno incarnationis dominice. M̄. Trecentesimo vigesimo Tercio feria secunda ante festum beatorum Symonis et Iude.

Original auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg. Von den 7 Siegeln, mit denen es behängt gewesen, sind die der Bischöfe von Ermland und Pomesanien und der Pröpste von Culm und Pomesanien noch erhalten, von den 3 anderen nur noch die Pergamentstreifen vorhanden. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. II. nr. 105 Liv-, Esth- und Curländ. Urkdb. II. nr. 696. Vgl. auch Voigt, Gesch. Preussens IV. S. 364 ff.

235.

1325. Mai 13. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, genehmigt, dass Tylo, dictus de Cygenberg, eine Mühle, einen Krug und 1 Hufe Ackerland, gelegen bei dem Schlosse Ziegenberg, die ihm durch Erbschaft zugefallen, an Heinrich, genannt Kruse, Bürger zu Fischhausen, verkauft und giebt letzterem, nachdem jener sie ihm aufgelassen (in manus nostras resignavit), eine Verschreibung darüber. H. erhält sie zu erblichem Besitz gegen einen jährlichen Zins von 4¹/₂ Mark zu Martini, und zwar 2 Mark von der Mühle, 2 Mark von dem Kruge und ¹/₂ Mark von der Hufe. Für den bischöflichen Hof muss er, so oft es verlangt wird, mahlen ohne Anspruch auf Mahlmetze. Testes huius sunt frater Iohannes prepositus nostre Sambiensis ecclesie. frater Thomas canonicus ecclesie eiusdem cappellanus noster. frater Voltsk advocatus noster. Iacobus cappellanus noster. Frowinus et Iohannes magister carvani nepotes nostri. Iohannes notarius noster et alii quamplures fidedigni. Datum in castro nostro Vischusen Anno domini millesimo. CCC̄. XXV̄. III Idus Maii.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XVI^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

236.

1325. Mai 29. Riga. Die päpstlichen Nuntien Bartholomäus, Bischof von Alet, und Bernhard, Abt des Klosters St. Theofried bei Puy, befehlen den Bischöfen von Samland, Pomesa-

nien, Culm, Ermland und Kurland, sowie dem Deutschen Orden in Preussen und Livland für ihre Rückreise zum Papste 380 Goldgulden innerhalb 3 Wochen aufzubringen unter Androhung geistlicher Strafen, jedoch gestatten sie ihnen die Diöcesangeistlichkeit mit heran zu ziehen. Datum Rige anno domini a nativitate Millesimo · CCC · XXV · die vicesima nona mensis Madii.

Original auf Pergament mit 2 Siegeln im Staats-Archiv zu Königsberg. — Liv-, Esth-, Kurld. Urkdb. II. nr. 712. Cod. dipl. Warmiens. I. Reg. nr. 346.

237.

1325. Juli 23. Elbing. Die Bischöfe Johannes von Samland, Rudolf von Pomesanien, Otto von Culm und Eberhard von Ermland vidimiren auf Antrag des Hochmeisters Werner von Orseln eine Urkunde des Königs Wenzeslaus von Böhmen d. d. Prag 1305 August 8, worin dieser sich unter gewissen Bedingungen zur Herausgabe Pommerns an die Markgrafen von Brandenburg versteht. Datum et Actum · Elbyngi · Sub Anno Domini · M · CCC · XXV · Die XXIII · de crescente · Mense · Iulio · Indictione · VIII · hora · quasi vesperarum.

Original auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg. An Pergamentstreifen hängen die wohl erhaltenen Siegel der vier Bischöfe, das des Bischofs Johannes in rothem Wachs stimmt mit dem zu nr. 223 gehörigen überein. — Urkdb. d. Bisth. Culm I. nr. 213.

238.

1325. August 23. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, giebt Stagote eine Verschreibung über 2 Haken bei Romehnen.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, tenore presencium recognoscimus et ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod relacione plurimorum veridica fidedignorum nos informante hominem nostrum Stagote de Rynowe et suos progenitores unum uncum in campis ville Rummowe¹⁾ situm a censu et aliis oneribus rusticalibus liberum iure hereditario cognovimus a nobis et nostris predecessoribus possedissee, cuius quidem Stagote precibus nobis desuper directis favorabiliter annuentes admisimus ac concedimus et tenore presencium consentimus, ut memoratus Stagote eiusque heredes seu successores legitimi eundem uncum a censu et aliis oneribus rusticalibus liberum iure hereditario libere possideant, prout ipsi et eorum progenitores ipsum uncum haectenus possederunt. Ita videlicet, quod dictus Stagote et eius heredes seu successores legitimi, qui pro tempore fuerint, cum equo et armis secundum terre consuetudinem et ad edificaciones no-

¹⁾ Romehnen im Kirchspiel Thierenberg.

vorum castrorum seu municionum nobis et nostris successoribus servire teneantur, quando-
cunque vel quocienscunque a nobis aut nostro nomine fuerint requisiti. Preterea conside-
rantes fidelitatem approbatam Stagote predicti et grata servicia nobis et ecclesie nostre per
ipsum dudum exhibita et domino concedente in posterum exhibenda, utilitate eciam nostra
et ecclesie nostre in hac parte diligenter perspecta, eidem Stagote et eius heredibus seu
successoribus legitimis unum uncum secundum consuetudinem terre communem mensurandum,
situm in campis ville Rummowe predictae, per advocatum nostrum de termino ad terminum
deputatum seu limitatum cum nemoribus, pratis, pascuis et iuribus aliis in dicta villa con-
suetis iure hereditario contulimus et tenore presencium conferimus perpetuo possidendum.
Eo adiecto, quod idem Stagote et sui heredes seu successores legitimi dimidiam marcam
denariorum Prutenicalium pro censu et nomine census de dicto unco singulis annis in festo
beati Martini episcopi nobis et nostris successoribus dare et solvere perpetuo teneantur. In
rei testimonium et evidenciam clariorem presentem litteram desuper conscriptam nostri
iussimus sigilli appensione muniri. Actum et Datum in castro nostro Vischusen Anno do-
mini M^o CCCXXV^o in vigilia beati Bartholomei Apostoli presentibus fratre Volskone advocato
nostro fratre Thoma canonico ecclesie nostre Jacobo cappellano nostro Iohanne notario
curie nostre et aliis pluribus fide dignis.

*Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XVIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg. — Voigt, Cod.
dipl. Pruss. II. nr. 113.*

239.

1325. August 23. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, giebt Angolt, seinem
Kämmerer in Rynow, auf dessen Bitte eine Verschreibung über einen Haken Ackerland, gelegen
innerhalb der Grenzen der Dörfer Pojerstieten¹⁾ (Pagerstityen) und Cojehnen²⁾ (Kuyen), welchen der-
selbe, wie durch glaubwürdiges Zeugniß nachgewiesen, von seinen Vorfahren her zins- und schar-
werksfrei besitzt. Ferner erhält er wegen seiner treuen Dienste noch 2 Haken eben daselbst gegen
einen jährlichen Zins von 10 Skot preussischer Pfennige zu Martini. Recht, Dienste, Bestim-
mung über Vermessung, Zeugen und Datum dieselben wie in nr. 238.

Abschriften in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XVII^o u. XLVII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

240.

1325. August 23. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, giebt Sandinge
auf dessen Bitte eine Verschreibung über einen bei dem Dorfe Hereyzowe gelegenen Haken, den er,

¹⁾ im Kirchspiel Cumehnen.

²⁾ im Kirchspiel Thierenberg.

wie er glaubwürdig nachgewiesen, von seinen Vorfahren her zins- und scharwerksfrei besitzt. Ferner erhält er wegen seiner treuen Dienste noch einen Haken ebendasselbst gegen einen jährlichen Zins von $\frac{1}{2}$ Mark zu Martini. Recht, Dienste, Bestimmung über Vermessung, Zeugen und Datum übereinstimmend mit nr. 238.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XVIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

241.

1325. August 25. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt der Grytha einen zwischen Powunden und Twergaiten gelegenen Hof nebst einer halben Hufe und verleiht ihr auch die Schankgerechtigkeit.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod, cum discretus et religiosus vir, frater Voltsko, advocatus noster, utilitatem ecclesie nostre senciens in hac parte Grythe, exhibitrici presencium, et eius heredibus seu successoribus legitimis unam curiam sitam inter ecclesiam parochialem Puwunden et villam Twiryeyten¹⁾ cum dimidio manso in agris videlicet et pratis sito eidem curie appertinente de granicia ad graniciam per eundem advocatum limitato possidendam perpetuo iure hereditario contulisset, eadem Gryta coram nobis constituta collacionem ipsam per nos ratificari humiliter postulavit. Nos ipsius supplicationibus annuentes collacionem eandem legitime factam ratam habentes et gratam ipsamque tenore presencium confirmantes, dantes eciam eidem Grythe et eius heredibus seu successoribus legitimis licenciam et liberam facultatem in ipsa curia cerevisiam seu potum alium prout ipsis expedierit propinandi. Ita sane quod ipsa Grytha et eius heredes seu successores legitimi de dicta curia ac propinacione unam sexagenam pullorum singulis annis in festo beati Martini ad mensam nostram episcopalem nobis et nostris successoribus dare et solvere perpetuo teneantur. De dimidio vero manso predicto octo modios siliginis ad curiam nostram Pūwunden advocato nostro, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, pro pensione annua singulis annis in dicto festo sancti Martini persolvent integraliter et complete. Tali eciam condicione adiecta, quod, si dicta taberna seu propinacio succedente tempore augmentata fuerit vel ad meliorem statum pervenerit, ex tunc censum ipsum similiter augmentandi liberam habebimus optionem. In cuius rei testimonium presentem litteram desuper conscriptam nostro sigillo tradimus communitam. Actum et Datum in castro nostro Vischusen presentibus fratre Voltskone advocato nostro predicto fratre Henrico Tusemer socio eiusdem advocati nostri Iacobo cappellano nostro Iohanne notario nostro et aliis quam pluribus fidedignis Anno domini M̄·CCCXXV̄. in crastino beati Bartholomei Apostoli.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XVIII^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

¹⁾ Twergaiten im Kirchspiel Powunden.

242.

1325. October 22. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, beurkundet, dass der Dolmetscher Johannes das Schulzenamt im Dorfe Thierenberg (Tyrberg) nebst 2 zinsfreien und 2 zinspflichtigen Hufen von Gerko, dem früheren Schulzen, für 11 Mark preussischer Pfennige erworben, eine Zeit lang besessen und dann Amt und Land ihm freiwillig aufgelassen habe. Dafür verschreibt er ihm und seinen rechten Erben beiderlei Geschlechts mit Zustimmung des Domkapitels 3 freie Haken bei Plöstwehnen¹ (Plostwayn), die nach dem Tode des Wadote dem Bischof heimgefallen, zu gleichem Rechte, wie W. sie besessen, und zu erblichem Besitz. Stirbt er ohne Hinterlassung von Söhnen oder Töchtern, so fällt das Land wieder dem Bischof heim. Er und seine Erben haben dafür zu Ross mit den landesüblichen Waffen (secundum terre consuetudinem) und beim Bau von Burgen und Befestigungen zu dienen. Datum et actum in castro nostro Vischusen. XI Kalendas Nouembris anno a natiuitate domini. M. CCCC XXV. presentibus honorabilibus ac religiosis viris. fratre Johanne preposito et canonico ecclesie nostre (ausserdem dieselben Zeugen wie in nr. 241).

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol XIX^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

243.

1326. Januar 10. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, giebt dem Dorfe Medenau eine Handfeste.

In nomine domini amen. Quia ex scripturarum apicibus proborumque testimonio viro-
rum hominum gesta preterita ad cognitionem presencium atque noticiam deveniunt futurorum,
ideoque nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie
episcopus, omnibus tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus volumus esse
notum, quod cum villani in Medenowe a primeva fundacione ipsius ville viginti quinque
mansos sitos in campis ibidem, duos videlicet mansos cum dimidio liberos ad officium scul-
tecie ibidem spectantes, nec non viginti duos mansos cum dimidio sub censu annuo iure
hereditario possedissent litterasque super collacione seu assignacione eorundem mansorum
ipsis facta a nostris predecessoribus recipere neglexissent, iidem villani in nostra presenciam
constituti nobis humiliter supplicarunt, quatenus collacionem seu assignacionem ipsam rati-
ficare litterasque nostras eisdem desuper concedere dignaremur. Nos itaque ipsorum suppli-
cationibus favorabiliter annuentes de premissis sufficienter informati admisimus et concessi-
mus eisdem et tenore presencium consentimus, ut predicti villani predictos viginti et duos
mansos cum dimidio iure hereditario in antea teneant et possideant pacifice prout ipsos
hactenus possederunt. Tali condicione adjecta, quod ipsi villani et eorum successores, qui pro
tempore fuerint, de dictis viginti duobus mansis cum dimidio de quolibet eorundem manso-
rum novem schotos denariorum Pruthenicalium pro censu et nomine census et duos pullos

¹) Im Kirchspiel Powunden.

singulis annis in festo beati Martini episcopi nobis et nostris successoribus dare et solvere perpetuo teneantur. Qui quidem mansi taliter limitati existunt: primo incipiendo in aqua, que dicitur molwaszer, aput agros plebani ibidem lineariter eundo usque ad viam, que ducit de dicta villa in Vischusen, in qua via lineariter eundum est ultra forum Pruthenicum ad graniciam quadam arbore signatam. De qua granicia eundum est ad nemus ad graniciam ibidem signatam, ab illa granicia eundo ad viam, que ducit ad campum Cusseyn.¹⁾ De qua via eundum est ad graniciam mansorum ville Musneyn,²⁾ de qua granicia tunc redeundum est usque ad predictam aquam molwaszer descendendo usque ad graniciam agrorum plebani predicti. De quibus mansis sic limitatis excipimus septem ortis parvis et orto nostro (!) equorum, quos pro nostra necessitate nobis et nostris successoribus perpetuo reservamus. Insuper quia predicti mansi in memoratis limitibus plene non existunt, nos ad supplendum defectum huiusmodi ipsis villanis damus et assignamus duos mansos sites in campis ville nostre Medenowe supradicte taliter limitatos. Primo incipiendo in orto nostro equorum descendendo aput flumen Medenowe dictum, a quo eundum est usque ad flumen, quod Swartzewaszer dicitur. Ab ipso flumine eundum est ad nemus, quod dicitur Poyz, ad graniciam ibidem signatam. Abinde ascendendum est usque ad graniciam tunc signatam et deinde redeundum est descendendo usque ad aquam Medenowe predictam. De quibus mansis sic limitatis excipimus quedam prata Pruthenorum, que ipsorum possessoribus similiter reservamus. Preterea omnibus et singulis in memorata villa nostra Medenowe residentibus tam Teuthunicis quam Pruthenis ex speciali favore et gracia contulimus et conferimus per presentes, ut in successione hereditaria nec non excessibus seu violenciis quibuscunque, si qui in memorata villa, quod absit, peccati fuerint, ad officium advocatie spectantibus iure Theutonico omnes unanimiter gaudeant et fruantur. In cuius rei testimonium presentem litteram eisdem villanis dedimus nostri sigilli appensione munitam. Testes huius rei sunt frater Voltsk advocatus noster frater Henricus Tusemer socius eiusdem Jacobus cappellanus noster Johannes notarius noster et plures alii fide digni. Actum et datum in castro nostro Vischusen Anno domini M CCCXXVI^o III^o Idus Ianuarii.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XIX^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

244.

1326. Januar 10. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, giebt dem B. genannt Halpage eine Verschreibung über 2½ freie Hufen bei Medenau, die er von seinen Vorfahren ererbt hat. Ausserdem erhält er das Schulzenamt in demselben Dorfe erblich nebst einem Drittel der grossen und kleinen Gerichte, die andern zwei Drittel fallen an den Bischof; ebenso verbleibt die Jurisdiktion über die Preussen dem Bischofsvogt. Zeugen und Datum übereinstimmend mit nr. 243.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XX^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

1) Cosnehen 2) Mossehen, beide im Kirchspiel Medenau.

245.

1326. October 8. Fischhausen. Handfeste für das Dorf Blumenau.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis provi-
 dencia Sambiensis ecclesie episcopus, omnibus tam presentibus quam futuris volumus esse
 notum, quod utilitatibus nostre ecclesie quantum possumus intendentes locacionem ville Theu-
 tunice, quam Blumenow¹⁾ nominari volumus, in nemore nostro Poys^a, quod a Pruthenis
 sacrum nemus dicitur, de XXX^{ta} mansis de novo decrevimus faciendam. Cuius ville loca-
 cionem nec non officium scultecie ibidem ac terciam partem iudiciorum maiorum et minorum
 ab incolis dicte ville tantum, duabus vero partibus iudiciorum eorundem ac iudiciis Pruthe-
 norum nostrorum maioribus et minoribus nobis et nostris successoribus reservatis, Kunekoni,
 dicto Sudow, et suis heredibus contulimus iure Culmensi hereditatis titulo possidenda. Ita
 sane quod idem Conradus (!) et sui heredes racione locacionis huiusmodi tres mansos liberos
 perpetuo possideant. De quolibet autem reliquorum mansorum dimidiam marcam denariorum
 Prutenicalium ac duos pullos cum una auca pingue pro censu et nomine census singulis
 annis in festo sancti Martini nobis et nostris successoribus dare et solvere teneantur.^b Prefati
 vero mansi taliter existunt limitati: primus limes sive granicia est palus magnus ex alia
 parte pontis aque Bludow in monte positus et signatus. Ab illo palo directe eundum est
 usque ad alium palum juxta campum camerarii nostri in Medenow positum similiter et
 signatum. A quo procedendum est descendendo versus curiam nostram equorum, que Ko-
 bulbûde²⁾ dicitur, usque ad arborem ibidem signatam et circumfossam. A qua arbore tunc
 directe eundum est in superiori parte vie, que de Kungisberg ducit in Vischusen, trans aquam
 Bludow usque ad palum ibidem positum et signatum. Ab illo palo tunc directe redeundum
 est ad primam graniciam in monte positam, ut premititur, et signatam. De quibus mansis
 sic limitatis excipimus prata in ipsis limitibus sive graniciis sita, videlicet Rudegeri, taber-
 narii in Medenow, et quorundam hominum nostrorum, prout hactenus possederunt, que eisdem
 hominibus reservamus^c. Insuper prefate ville incolis specialiter indulgemus, ut pascuis versus
 nemus Poys villanis nostris in Medenow indultis per nos et concessis pro pascendis equis
 et pecoribus ipsorum una cum ipsis communiter perfruantur, ita tamen ut per hoc gregibus
 equorum seu iumentorum nostrorum in pascuis nostris nullum impedimentum valeat ge-
 nerari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in
 castro nostro Vischusen VIII^o Idus Octobris anno domini · M^o · CCCXXVI^o.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXII^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

a) Poys ist durchstrichen. b) Die Worte: De quolibet autem bis teneantur stehen über Rasur und sind weiltäufiger und grösser geschrieben. c) Die Worte: et quorundam — reservamus sind durchstrichen.

1) Im Kirchspiel Medenau.

2) Kobbeldude im Kirchspiel Fischhausen.

246.

1327. Januar 2. Fischhausen. *Johannes, Bischof, und das Domkapitel von Samland geben Ottokar, dem Sohne des Albert Teufel, eine Verschreibung über seinen Besitz bei Sickenhöfen¹⁾ und 1 Haken bei Moditten.*

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, recognoscimus et ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod, cum Ottaekarus, Lucas et Iohannes de Syken, heredes quondam Alberti, dicti Tuuel, bone memorie feodalis ecclesie nostre bona ab antiquo libera in subscriptis limitibus sive graniciis sita, ex successione hereditaria ad ipsos devoluta a nostra ecclesia possedissent, — limites vero bonorum eorundem sive granicie tales sunt ab antiquo: primo incipiendo in quercu, que stat prope piscinam ex latere castris nostri Medenow, ascendendo aquam usque ad fossatum, ita tamen quod prata, que sita sunt trans aquam, ipsis terminis sint inclusa. Deinde ascendendo fossatum usque ad lacum, qui^s Nastraym nominatur, de quo lacu eundem est ad viam, que de Rynow ducit versus Greybow, et de eadem via ad viam, que ducit ad pratum, quod Layssen²⁾ nominatur, et de eodem prato ulterius ad proximum rivulum descendendo ad viam yemalem, que procedit de Greybow versus Medenow, et de eadem via usque ad pontem, per quem transitus est ad castrum, et de ipso ponte directe redeundum est ad quercum memoratam — mortuis quoque Luca et Iohanne predictis sine heredibus due partes bonorum eorundem ad nos et nostram ecclesiam extitissent iusticialiter devolute, memoratus Ottaekarus cum quibusdam suis consanguineis et amicis ad nostram veniens presenciam nobis humiliter supplicavit, quatenus in bonis predictis graciā facere dignaremur eidem. Nos itaque reverendi viri, fratris Wernheri, magistri generalis, fratris Henrici, advocati nostri, ipsiusque Ottaekari ac suorum amicorum pro ipso et cum ipso diligenter supplicancium precibus inclinati de consensu nostri capituli et voluntate primo eidem Ottaekaro dimisimus centum et viginti marcas denariorum usualium, in quibus predictus Iohannes, ipsius coheres bone memorie, racione iudicati iudicii nobis extiterat obligatus, preterea omnia bona in predictis limitibus sive graniciis sita cum iudiciis maioribus et minoribus nec non pratis et aliis suis pertinenciis predicto Ottaekaro et suis heredibus legitimis libere contulimus hereditatis titulo perpetuo possidenda. De quibus bonis excipimus bona, in quibus Nagripte residet, et bona illorum de Nastraym necnon bona Clussiten, Mundyten et Tustym in prefatis limitibus existencia cum pratis appertinentibus, prout eisdem limitata specialiter et assignata existunt, cum iudiciis maioribus et minoribus bonorum et hominum eorundem, que nobis et nostris successoribus reservamus. Volumus eciam et

a) *In Text: que.*

¹⁾ *Vgl. nr. 182.*

²⁾ *Vgl. nr. 182 Anm. 4.*

addicimus, quod prefatus Ottackarus ac homines nostri iam dicti et eorum heredes hinc inde pascuis et nemoribus bonorum predictorum communiter et concorditer perfruantur. Si vero memoratus Ottackarus vel eius heredes eisdem hominibus nostris aut eorum successoribus in bonis predictis, eis assignatis, necnon pascuis aut nemoribus antedictis offensiones aliquas aut molestias propria temeritate inferrent, extunc volumus huiusmodi violenciam seu excessum per nostros aut successorum nostrorum advocatos stricte et graviter iudicari. Hoc interposito et adiecto, quod prefatus Ottackarus et sui heredes legitimi de bonis predictis cum equo et armis secundum terre consuetudinem ad expeditiones novasque municiones construendas ac terre defensiones, quocienscunque requisiti fuerint, nobis et nostris successoribus servire perpetuo teneantur. In recognicionem quoque dominii singulis annis in festo beati Martini episcopi unum talentum cere, quod vulgariter marephunt dicitur, et unum denarium Coloniensem aut quinque denarios Pruthenicales offerendo se nostro ac successorum nostrorum conspectui presentabunt. Preterea nos frater Iohannes, prepositus, et capitulum memorate Sambiensis ecclesie attendentes multa fidelitatis obsequia Alberti, patris Ottackari supradicti, que nostre ecclesie dudum inpendit, unum unicum in Mauditen¹⁾ liberum, quem idem Albertus bone memorie a nostra dudum possedit ecclesia, memorato Ottackaro et suis heredibus legitimis contulimus et tenore presencium conferimus hereditario iure libere perpetuo possidendum. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium et perpetuam memoriam nos frater Iohannes, dei gracia Sambiensis ecclesie episcopus supradictus, necnon prepositus et capitulum ecclesie eiusdem sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Testes huius sunt. frater Henricus de Woluelsdorf advocatus noster. frater Fridericus de Sentskow socius eiusdem Theodericus cappellanus noster Iohannes notarius curie nostre et quamplures alii fidedigni. Datum in castro nostro Vischusen quarto Nonas Ianuarii. Anno domini Millesimo. Trecentesimo. vicesimo septimo.

Original auf Pergament mit roth- und grünseidenen Schnüren für 2 Siegel, welche nicht mehr vorhanden sind, im Staats-Archiv zu Königsberg, ebenda noch mehrere Abschriften.

247.

[1327. Januar 2. Fischhausen.]²⁾ o. I. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt den Brüdern Chussyte, Surdote, Tustym und Sale einen Theil der nach dem kinderlosen Tode zweier Söhne des Albert Teufel ihm heimgefallenen Güter, nämlich 5 Hufen und einen Krug mit einer Hufe bei Warrengen.

Nos frater Iohannes, dei gracia Sambiensis ecclesie episcopus, recognoscimus, quod, cum Ottackarus, Lucas et Iohannes, heredes quondam Alberti Dyaboli, bona ab antiquo libera in

¹⁾ Moditten im Kirchspiel Juditten.

²⁾ Die Urkunde bildet eine Ergänzung zu nr. 246, ist daher vermuthlich auch zu gleicher Zeit mit derselben entstanden.

certis suis limitibus sive graniciis sita ex successione hereditaria aliquamdiu possedissent, mortuis Luca et Iohanne predictis sine heredibus due partes bonorum eorundem ad nos extiterunt iusticialiter devolute, nos quam plurimorum proborum devicti precibus partem dictorum bonorum ex gracia contulimus speciali eidem Ottackaro reliqua parte nobis et nostris successoribus reservata. De quibus bonis^a sic ut premittitur reservatis quinque mansos in campo Wrenie¹⁾ sitos nec non tabernam cum uno manso appertinente sito in eodem campo cum omnibus suis pertinenciis Clussite, Surdote, Tustym, Sale et eorum heredibus contulimus hereditario iure perpetuo possidendos. Ita sane ut ipsi et eorum heredes de quolibet dictorum quinque mansorum sedecim scotos denariorum usualium et sex pullos, de taberna vero et manso appertinente alteram dimidiam marcam denariorum eorundem et decem pullos in festo Sancti Martini singulis annis nomine census nobis et nostris successoribus in perpetuum solvere teneantur ipsique et eorum heredes una cum predicto Ottackaro et suis heredibus in pascuis et nemoribus predictorum bonorum communiter hinc inde perfruantur. Limites vero sive granicie dictorum bonorum dicto Clussite et fratribus eius ac eorum heredibus assignatorum tales sunt: primo incipiendo a rivulo, qui fluit a silva^b Kosnayn²⁾ fossatum ascendendo usque ad lacum Rynow et a lacu usque^c ad viam, que ducit a castro Rynow in viam, qua itur in Greybow, et ab eadem via usque ad vallem, que dicitur Labnigarwe, et ab ipsa valle usque ad quercum signatam circa silvam dictam Nowoyde et ab eadem quercu ulterius ad aliam quercum ibi signatam. Inde ab ipsa quercu usque ad vibicem stantem in monte et ab eadem vibice usque in viam, que ducit in villam^d Kosnayn, et inde ab eadem via usque ad rivulum prenotatum. In cuius rei testimonium etc. *Zeugen und Datum fehlen.*

a) bonis steht über der Zeile. b) silva steht über Rasur. c) usque steht zwei Mal da. d) villam steht über Rasur.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXVIII^r mit der Ueberschrift von gleicher Hand: Littera Clussiten et fratrum suorum, daneben von späterer Hand: in Worenye im Staats-Archiv zu Königsberg.

248.

1327. Januar 2. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, bestätigt und erneuert mit Zustimmung seines Domkapitels den Brüdern Miliede, Dargots und Samone aus Carmitten (Karnymiten) auf deren Bitte eine Verschreibung des Bischofs Siegfried über 4 zinsfreie Haken³, da letztere, welche sie mit daran hängenden richtigen Siegeln vorlegen, durch Feuchtigkeit verdorben ist. Sie erhalten die 4 Haken mit den dazu gehörenden Wiesen, Weiden und Wäldern zinsfrei zu Erbrecht und sind dafür zum Dienst zu Ross mit den landesüblichen Waffen bei Kriegsreisen, Burgenbau und Landwehr verpflichtet. Die grossen und kleinen Gerichte behält sich der Bischof vor. Re-

¹⁾ Wohl verschrieben für Worenie. Heute Warrengen im Kirchspiel Medenau.

²⁾ Cosnehen in Kirchspiel Medenau.

³⁾ Dieselben lagen bei Backeln im Kirchspiel Laptau. Vgl. nr. 350.

cognition 1 Markpfund Wachs und 1 Cölnischer oder 5 preussische Pfennige. Ihr Wergeld wird auf 30 Mark festgesetzt. Actum et Datum in castro nostro Vischusen. IIII^o Nonas Januarii Anno domini M^o. CCCXXVII^o. presentibus dilectis nobis in Christo fratre Bertramo et fratre Thoma canonicis nostris fratre Henrico de Woluelsdorf advocato nostro fratre Friderico socio suo. Theoderico cappellano nostro Johanne notario nostro et pluribus aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXI^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

249.

1327. Januar 2. Fischhausen. *Johannes, Bischof von Samland, bestätigt und erneuert dem Johann aus Wiskiauten (Authekaym) eine Verschreibung des früheren Bischofsvogts Volrad über 1 Hufe, gelegen in dem mit Brombeergesträuch bestandenen Gelände (rubetum) Sorcz genannt, die letzterer ihm gegeben hatte, als der Bischof in Rom war (nobis in Romana curia existentibus). Er erhält das Land zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von 3 Vierdung zu Martini. Datum und Zeugen übereinstimmend mit nr. 248.*

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

250.

1327. Januar 11. o. O. *Johannes, Propst, und das Domkapitel von Samland verleihen dem Tylo aus Stantau ein Stück Land zu culmischem Recht, gelegen an dem Lauther Mühlenfluss, um daselbst eine Mühle mit 2 Rädern, jedes von 2 Fuss Höhe, zu erbauen und einen 1 Morgen grossen Garten anzulegen gegen einen jährlichen Zins von 3¹/₂ Mark zu Martini. Als Recognition hat er für das Kapitel jährlich 6 Last Getreide zu mahlen. Ohne Zeugen. Datum Anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o. dominica infra octauas Epyphanie domini.*

*Abschrift in den Handfesten des Bisthums Samland A 199 fol. XXXIV^o im Staats-Archiv zu Königsberg.
Durchstrichen.*

251.

1327. April 8. Königsberg. *Johannes, Bischof von Samland, stiftet und dotirt den Frohnleichnamsaltar im Dom zu Königsberg, regelt die Verwendung der aus dieser Dotation fliessenden Einkünfte, überweist seinem Domkapitel eine Anzahl Bücher, ferner 300 Mark zum Bau des Chores der Domkirche, gestattet ihm bei Peyse zu fischen und bestimmt die an dem neu errichteten Altar zu lesenden Messen.*

Littera de dotacione altaris et de pictancia dominorum.

In nomine domini amen. Universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presens scriptum seu instrumentum publicum intuentibus frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, salutem in domino sempiternam. Cum ex debito nature filius teneatur ad obedienciam et reverenciam matris sue, quem suis maternis lactavit uberibus ac pluribus sumptibus sudoribus et laboribus enutrivit, siquidem

et nos recolentes plurima bona, que a nostra Sambiensis ecclesia iam dicta a retroactis annis recepimus, que nos eciam in sue pietatis gremiis locando^a de honore ad honorem, de bono in melius exaltavit, augmentatione quoque divini officii ubilibet quantum [possumus]^b intendentes, ad laudem et gloriam dei omnipotentis et gloriose virginis, genitricis eius, Marie sanctorumque Adalberti et Elyzabeth, patronorum ecclesie nostre, nec non omnium sanctorum pro salute anime nostre ac predecessorum atque successorum nostrorum animarum remedio vicariam perpetuam altaris in honore sanctissimi corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi et sanctissime passionis eius in katedrali nostra ecclesia dedicati accedente consensu unanimi atque consilio nostri capituli dotamus, instauramus et instituimus in hunc modum. Primo donamus et donacione perfecta assignamus capitulo nostre Sambiensis ecclesie predictae allodium situm in Lobtow, solvens singulis annis pro censu et nomine census octo marcas denariorum Pruthenicalium et dimidium fertonem pro custodialibus denariorum eorundem, cum omnibus iuribus, iudiciis, iurisdiccionibus aliisque suis pertinentiis quibuscunque et omne ius ipsius allodii eiusque pertinentium in dictum capitulum transferimus, sibi adiungimus^c proprietatis tytulo perpetuo possidendum, nichil iuris in memorato allodio ac suis pertinentibus nobis aut nostris successoribus reservantes. Ita sane quod de predicto censu, videlicet octo marcis et dimidio fertone iam dictis, singulis annis tres marce denariorum pretactorum, una videlicet marca in festo Corporis Christi, item una in anniversario dedicacionis altaris predicti, reliqua vero in anniversario obitus nostri pro communi pictancia seu refeccione canonicorum cedant in perpetuum, residue autem quinque marce cum dimidio fertone census memorati in usus seu necessitates structure seu fabrice katedralis nostre ecclesie in perpetuum convertantur. Item donamus libere dicto nostro capitulo libros, qui in alia nostra littera desuper confecta et nostro sigillo munita plenius exprimuntur¹⁾, per nos comparatos, centum marcas denariorum usualium et ultra bona estimatione valentes, in virtute sancte obediencie precipientes, ne dicti libri vel aliquis eorum ab ecclesia nostra katedrali vendendo, obligando vel quocunque modo alienentur, sed diligencius apud dictam ecclesiam pro honore et communi utilitate canonicorum et personarum ipsius ecclesie in perpetuum conserventur. Preterea memorato capitulo nostro donamus et donacione libera assignamus tricentas marcas denariorum Pruthenicalium districte precipiendo mandantes, quatenus eadem pecunia nusquam alias preterquam ad fabricam seu structuram chori katedralis nostre ecclesie convertantur. Insuper sepedicto nostro capitulo specialiter concedimus in perpetuum et tenore presencium indulgemus, ut in parte piscacionum ecclesie nostre in mari recenti prope nemus nostrum, quod dicitur Poys, cum uno rethe, quod vulgariter Nywat^d dicitur, pro usibus seu necessitatibus coquine ipsorum piscari valeant,

a) *Im Text*: et locando. b) *possumus fehlt im Text*. c) *Im Text verschrieben*: adiungibus. d) *Im Text*: Nywak. *Vgl. nr. 191 u. 208.*

1) *Vgl. nr. 252.*

quandocunque voluerint, per ipsorum familiam vel alios, quos ad hoc duxerint deputandos. De officio autem vicarie seu altaris predicti, de mensa nostra episcopali instaurati, ut premittitur, et dotati totaliter duximus statuendum, quod sepefatum capitulum tam exnunc quam pro tempore existens ex donacione premissa per nos sibi facta unum sacerdotem de collegio capituli aut alium sacerdotem idoneum, si necesse fuerit, prout eis expedire videbitur, constituere et ordinare teneantur in perpetuum ad legendum singulis diebus hora competenti in dicto altari unam missam, videlicet in dominica de dominica, feria secunda pro fidelibus defunctis, feria tertia de annunciacione beate Marie, feria quarta de patrono ecclesie, feria quinta de corpore Christi, feria sexta de passione domini, sabbato de beata virgine. Quem ordinem sic conscriptum perpetuo volumus observari, si autem festum aliquod intervenerit, de festo ipso nichilominus celebretur. Ceterum expresse addicimus et volumus, quod, si processu temporis ipsa katedralis nostra ecclesia ad locum alium magis congruum propter meliorem eius statum concedente domino translata fuerit, extunc ipsum altare de mensa nostra episcopali dotatum cum diligenti observacione omnium premissorum una cum prelibata ecclesia cum solemnitate debita transferatur. Et nos frater Iohannes, prepositus, totumque capitulum sepedicte Sambiensis ecclesie omnia et singula premissa per venerabilem in Christo patrem nostrum, dominum Iohannem, Sambiensis ecclesie episcopum supradictum, facta, donata, ordinata et mandata humiliter et devote cum graciaram accione recipimus eaque approbamus et ratificamus, ipsa quoque omnia et singula, prout acta atque conscripta sunt, pro nobis nostrisque successoribus in perpetuum data fide loco iuramenti inviolabiliter promittimus observare. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium, perpetuam memoriam et firmam et inviolabilem observanciam presens scriptum seu instrumentum publicum per Iohannem, notarium infrascriptum, conscribi fecimus et nostrorum hinc inde sigillorum appensione muniri. Acta sunt hec in ciuitate Kunigsberg apud kathedralem Ecclesiam Sambensem presentibus honorabilibus, religiosis et discretis viris, fratre Gwylhelmo lectore domus Elbyngensis ordinis predicatorum, fratre Iohanne decano, Alberto de Culmine ordinis eiusdem, Theodorico rectore ecclesie parrochialis in Lychtynberg Wratislaviensis dyocesis et quam pluribus aliis fidedignis Anno a nativitate domini M^o CCC^o vicesimo septimo die octavo mensis Aprilis Indiccionem decima pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Iohannis diuina prouidencia pape XXII^o anno vndecimo.

Abschrift in den Handfesten des Bisthums Samland A 199 fol. IIII^o im Staats-Archiv zu Königsberg. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 84. Perlbach, Reg. d. St. Königsberg nr. 19 (Altpreuss. Monatschrift XVIII. 1881).

252.

1327. April 8. Königsberg. Verzeichniss der von dem Bischof Johannes von Samland seinem Domkapitel geschenkten Bücher.

De libris datis a domino Iohanne, episcopo Sambiensis, capitulo canonicorum in Kungisberg.

Isti sunt libri, quos nos frater Johannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, donavimus capitulo nostre ecclesie katedralis ad perpetuam memoriam nostri habendam et faciendam per ipsos et eorum successores, videlicet decretum, decretales, biblia, omnes libri sententiarum, item super quartum sententiarum sancti Thome de Aquino, item secundam secunde sancti Thome eiusdem, item super ewangelium quatuor ewangelistarum, videlicet Mathei, Luce, Iohannis et Marci duo volumina eiusdem sancti Thome, item casus Bernhardy, item passionale, item liber depictus, item Mandagotus de eleccione, Rupella, questiones super quatuor libros sententiarum, registrum decreti, Ludwicus, summa Heinrici et summa Reumundi; volentes, quatenus iidem libri nullatenus alienentur, sed pro studio et utilitate canonicorum et personarum ecclesie nostre apud ipsam ecclesiam in perpetuum conserventur. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Kungisberg VI^o Ydus Aprilis Anno a nativitate domini M^o CCC^o XXVII^o.

Abschrift in den Handfesten des Bisthums Samland A 199 fol. XII^o im Staats-Archiv zu Königsberg. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 87. Perlbach, Reg. d. St. Königsberg nr. 20 (Altpreuss. Monatschrift XVIII. 1881). — Höchst wahrscheinlich wurden diese Werke später der von Herzog Albrecht gegründeten Schlossbibliothek einverleibt und befinden sich nun unter den Handschriften der Kgl. u. Univ.-Bibliothek zu Königsberg. Folgende lassen sich noch nachweisen (vgl. Steffenhagen, Catalogus cod. manuscript. bibl. Regiomont. fasc. I): nr. IX. Decretum Gratiani (sec. XIII.) — nr. XII. Decretales Gregorii IX, Innocentii IV (sec. XIII exeunt.) — nr. LXXVII. Bernardus Botonus sive Parmensis, casus longi (sec. XIV.) — nr. LXXVIII. Guilielmus de Mandagoto, libellus electionum (sec. XIV.) — nr. XCIX, C, CI. Henricus de Merseburg sive de Magdeburg, summa decretalium Gregorii IX (sec. XIV.) — nr. XXXIX, XL, XLI, XLII. Raimundus de Pennaforte, summa de poenitentia et matrimonio (sec. XIV.).

253.

1327. Mai 19. o. O. Johannes, Bischof von Samland, giebt Bertram und Richard Cloz und Genossen, Bürgern zu Fischhausen, eine Verschreibung über 37¹/₂ Morgen im heiligen Walde.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia Sambiensis ecclesie episcopus, omnibus presentem litteram intuentibus volumus esse notum, quod omnia jugera sita in nemore nostro, quod sacrum nemus nominatur, quorum sunt triginta septem cum dimidio Bertramo et Richardo, dicto Cloz, [civibus] nostris in Vischusen, necnon eorum^a in hac parte sociis, qui eadem [juger]a de novo sumptibus propriis et laboribus excoluerunt, contulimus [et concessimus] per presentes per decem annos continuos a data presencium [tene]nda et pacifice possidenda. Ita sane, quod Bertramus et Richardus predicti ab ipsorum sociis ad hoc deputati suo et sociorum suorum [nomine] de quolibet jugere quatuor pullos, medietatem videlicet inter festum [sancti] Michahelis et sancti Martini, reliquam vero medietatem

a) eorum eorum in Text.

inter [nativitatem] domini et carnisprivium singulis annis pro censu et nom[ine cen]sus nobis et nostris successoribus dare et solvere teneantur. Elaps[is autem] decem annis predictis eadem jugera ad nos et nostram ecclesiam [iterum] revertentur, nisi dicti possessores sive cultores a nobis aut nostris successoribus specialem obtineant licenciam ipsa jugera ulterius possidendi. Adjecto eciam, quod, si aliqui predictorum in solucione census sive pullorum predictorum negligentes^a fuerint aut rebelles, ex tunc Bertramus et Richardus predicti de jugeribus sive agris talium se intromittere debent, quousque eis de dictis integraliter fuerit satisfactum. Prohibemus insuper, ne predicti cultores vel aliquis eorum predicta iugera sive agros ampliare vel alios in dicto nemore excolere presumat sine nostra licencia speciali. In cuius rei testimonium presentem litteram dedimus nostri sigilli appensione munitam. Datum XIII^o Kalendas Junij anno domini M^o CCCXXVII^o presentibus fratre Henrico advocato nostro fratre Friderico socio suo Theoderico capellano nostro Iohanne notario nostro et aliis fide dignis.

a) negligentes *im Text.*

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXIII^o mit der Ueberschrift: Littera Bertrami et Richardi Cloz suorumque sociorum super agris in sacro nemore im Staats-Archiv zu Königsberg. An einigen Stellen ist das Pergament abgerieben und sind einzelne Worte unleserlich geworden, deren Ergänzung versucht und durch eckige Klammern angedeutet ist.

254.

1327. August 31. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verleiht dem Tunge acht Morgen, gelegen zwischen Medenau und Jedyten, zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von 12 Skot preussischer Pfennige zu Martini. Ohne Zeugen. Actum et Datum pridie Kalendas Septembris anno domini M^o CCC XXVII^o.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

255.

1327. September 27. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, verleiht dem Heinrich, genannt Reschenkel, einen Krug mit einem dazu gehörenden Stück Land, gelegen bei dem Schlosse Powunden, zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von 2 Mark preussischer Pfennige und 30 Hühnern, die er dem Bischof nach Fischhausen, und 4 Scheffel Sommer- und 4 Scheffel Winterweizen, die er dem Bischofsvogt nach Schloss Powunden zu Martini zu liefern hat. Eo adjecto, quod tempore fuge hominum nostrorum iuxta castrum Powunden predictum eidem Henrico et suis heredibus liceat propinare. Ohne Zeugen. Datum Vischusen V^o Kalendas Octobris anno domini M^o CCC XXVII^o.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXIII^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

256.

1327. October 10. Königsberg. *Johannes, Bischof von Samland, verleiht mit Zustimmung seines Domkapitels dem Frowin das Schulzenamt in Neuendorf¹⁾ nebst dem dazu gehörenden Lande und 7 zinspflichtige Hufen.*

In nomine domini amen. Decet bene meritis retribucio, decet quoque, ut hii, qui diligencius et utilius in ecclesie serviciis desudaverunt, suffragiis amplioribus et graciis honorentur, ut obinde uberiores consolacionem suscipiant et alii ad similia facienda cicius atque facilius pronotentur. Nos igitur frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, tenore presencium recognoscimus et ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod dilectus nobis Frowinus, nepos ac servitor noster et ecclesie nostre, officium scultecie in Nova villa versus Germow cum tribus mansis a primeva locacione seu exposicione eiusdem ville liberis appertinentibus necnon septem mansos censuales in campis ville eiusdem sitos, quorum mansorum quilibet dimidiam marcam denariorum usualium singulis annis nomine census solvebat, cum omnibus suis pertinenciis ab eorundem mansorum possessoribus de consilio nostro et consensu pro [numerata] pecunia rite et rationabiliter comparavit. Nos itaque a[ttendent]es grata, diuturna et utilia ipsius Frowini servicia, [que nob]is dudum benivole exhibuit et inpendit et exhibere [debet] devocius in futurum, officium scultecie predictum cum [tribus] mansis liberis appertinentibus ab antiquo necnon sep[tem] mansos alios supradictos per ipsum Frowinum, ut premititur, [compara]tos cum areis, pratis, pascuis, nemoribus aliisque [suis] pertinenciis universis in subscriptis limitibus sive graniciis existentibus de voluntate unanimi et expresso consensu nostri capituli memorato Frowino et suis heredibus et successoribus legitimis ab omnibus serviciis, decimis, censibus et exactionibus quibuscunque liberos contulimus et tenore presencium conferimus Culmensi iure in perpetuum possidendos. Quorum bonorum limites sive granicie tales sunt: primus limes est palus magnus in predicta villa positus et circumfusus, de quo directe procedendum est ad nemus, quod sacrum nemus nominatur, versus mare salsum usque ad arborem, que lynbovm dicitur, ibidem signatam. Deinde eundum est versus sacrum campum usque ad quercum ab antiquo signatam, de qua directe eundum est usque ad quercum magnam signatam inter bona ecclesie et bona fratrum et de ipsa quercu directe descendendum est versus aquam molendini nostri usque ad signatam arborem, que elre dicitur, et ulterius procedendum est usque ad ipsam aquam directe ac deinde descendendo meatum ipsius aque ad palum magnum iuxta eandem aquam positum et terra circumfusum, de quo palo directe redeundum est ad primam graniciam positam in villa predicta. Concedimus eciam et conferimus eidem Frowino et suis heredibus iudicia maiora

¹⁾ Im Kirchspiel Fischhausen.

et minora in prefata villa ab incolis ipsius ville, tamen sub tali condicione, quod idem Frowinus et sui heredes d[e peni]s, que de ipsis iudiciis derivantur, terciam partem sibi rec[ipientes] duas vero partes iudiciorum eorundem nobis et nostris successoribus dare et presentare integraliter teneantur, Pruthenis dumtaxat [excep]tis, quorum excessus iudicandos nostris et successorum nostrorum advocatis penitus reservamus. Idemque Frowinus et sui heredes de familia in bonis ipsorum predictis residenti plenariam iudicandi habeant facultatem. Adicimus eciam, quod, si procedente tempore eidem Frowino vel suis heredibus expediens videretur, vel si ipsos a dicta villa abesse contingeret, extunc alium scultetum loco ipsorum substituendi liberam habeant opcionem. Preterea memorato Frowino et suis heredibus concedimus in perpetuum, quatenus in pascuis predictae ville assignatis una cum eisdem villanis unanimiter sine contradictione qualibet pro pascendis eorum pecoribus communiter perfruantur. In recognicionem quoque dominii idem Frowinus et sui heredes unam libram cere, que marcephunt dicitur, et unum denarium Coloniensem ac pro eo quinque denarios usuales offerentes per se vel per alium, quem ad hoc deputaverint ex causa forsitan legitima prepediti, se nostro et nostrorum successorum conspectui in festo sancti Martini episcopi presentabunt.^a In cuius rei testimonium presentem paginam per Iohannem, notarium nostrum, conscriptam eidem Frowino et suis heredibus dedimus nostri ac capituli nostri sigillorum appensione munitam. Et nos frater Iohannes, prepositus, totumque capitulum prelibate Sambiensis ecclesie recognoscimus, predictam collacionem de voluntate et consensu omnium nostrorum memorato Frowino et suis heredibus esse factam, ipsamque approbamus et ratificamus et in evidens testimonium huiusmodi sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et Datum in Kungisberg apud Ecclesiam nostram kathedralem anno a natiuitate domini M^o · CCC · XXVII^o · X^o die mensis Octobris Indictione X^o · pontificatus domini Iohannis divina providencia pape XXII. anno XI.

a) Die Worte: In recognicionem bis presentabunt, sind im Text ausgelassen und am Rande nachgetragen.

Abchrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXIV^o im Staats-Archiv zu Königsberg. Das Pergamen ist an einigen Stellen abgerieben, so dass eine Anzahl unleserlich gewordener Worte aus dem Zusammenhang ergänzt werden musste; die Ergänzungen sind durch eckige Klammern bezeichnet. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 3.

257.

1327. October 10. Königsberg. *‘Johannes, Propst, und das Domkapitel von Samland verleihen mit Zustimmung des Bischofs Johannes den Brüdern Miliede, Dargots und Samone das Allod in Laptau gegen eine Zahlung von 80 Mark, welche zum Dombau verwendet werden sollen.’¹⁾*

¹⁾ Vgl. nr. 251.

In nomine domini amen. Quoniam ex scripturarum apicibus proborumque testimonio virorum^a hominum gesta preterita ad cognitionem presencium atque ad noticiam deveniunt futurorum, igitur nos frater Iohannes, prepositus, totumque capitulum ecclesie Sambiensis tenore presencium publice recognoscimus et ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod, cum reverendus in Christo pater et dominus noster, dominus Iohannes, predicte Sambiensis ecclesie episcopus, allodium situm in Lobdow, quod olim ad parochialis ecclesie in Rudo dotem pertinebat, solvens singulis annis nomine census octo marcas et dimidium fertonem denariorum usualium, cum omnibus suis pertinenciis pro structura dicte katedralis nostre ecclesie contulisset et donacione legitima assignasset, discreti et honesti viri^b Miliede, Dargots^c et Samone fratres coram nobis constituti octoginta marcas denariorum usualium ad structuram ipsius ecclesie nostre^d obtulerunt devote et humiliter supplicantes, quatenus allodium ipsum pro censu predicto conferre dignaremur eisdem. Nos itaque venerabilis patris nostri, domini Iohannis, episcopi iam dicti, consilio desuper habito dictorum fratrum precibus inclinati sepedictum allodium, sicut ab antiquo limitatum et distinctum extitit, cum pratis, pascuis, nemoribus aliisque suis pertinenciis universis Miliede, Dargots et Samone fratribus antedictis et eorum heredibus legitimis contulimus et tenore presencium conferimus hereditatis tytulo perpetuis temporibus possidendum, iudiciis dumtaxat maioribus et minoribus bonorum eorundem et hominum in eisdem residencium nobis et ecclesie nostre perpetuo reservatis. Tali condicione adiecta, quod predicti fratres et eorum heredes de bonis eisdem octo marcas et dimidium fertonem denariorum usualium pro censu^e et nomine census, quatuor videlicet marcas in festo Pasche [et quatuor marcas cum dimidio fertone in festo beati Martini]^f, singulis annis ad structuram seu fabricam prefate ecclesie nostre nobis et nostris successoribus dare et solvere perpetuo teneantur. Volumus eciam et expresse addicimus, quod idem census ultra summam pretaxatam futuris temporibus nullatenus se extendat ac dicti fratres et eorum heredes a custodialibus et quibuscunque aliis exaccionibus ac serviciis rusticalibus sint penitus absoluti. Eo eciam addito, quod camerarii nostri, qui pro tempore fuerint, nullam in dictis bonis ac hominibus residentibus in ipsis^g impignorandi habeant potestatem. Sed ipsi fratres et eorum heredes homines ipsos pro quibuslibet debitis, iudiciis et excessibus eorum impignorare teneantur, quandocunque et quocienscunque a nobis nostrisque successoribus aut advocatis ecclesie existentibus pro tempore fuerint requisiti. In cuius rei evidens^h testimonium presentem cartam antedictis fratribus et eorum heredibus dedimus venerabilis in Christo patris nostri, domini Iohannis, episcopi supradicti, et capituli nostri sigillorum appensione munitam. Et nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis

a) prob. test. virorum *fehlt* A. b) discr. et hon. viri *fehlt* A. c) Dargts A. d) nostre *fehlt* A. e) pro censu *fehlt* A. f) Die in beiden Texten verdorbene und der durch eckige Klammern angedeuteten Ergänzung bedürftige Stelle lautet in A: *de bon. eisd. octo marc. et dimid. fert. den. usual. pro cens. et nom. cens., quatuor videlicet marcas in festo Pasche, singulis annis etc.*; in B.: *de dict. bon. octo marc. et dimid. fert. den. usual. pro cens. et nom. cens. singulis annis in festo beati Martini nobis et nostr. success. dare etc.* g) ac in ipsis A. h) evidens *fehlt* A.

ecclesie episcopus, recognoscimus, collacionem predictam de scitu^a et consilio nostro esse factam, et in evidenciam huiusmodi sigillum nostrum ad rogatum prefati nostri capituli presentibus appendisse. Testes huius rei sunt frater Hartungus advocatus ecclesie Sambiensis frater Fredericus de Senczkow socius eius Iohannes de Synnenborn clericus, notarius predicti domini nostri episcopi, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Kungisberg apud kathedralem nostram ecclesiam decima die mensis Octobris Anno a nativitate domini M̄ · CCCC̄ · vicesimo septimo.

a) scitu fehlt A.

Abschriften in den Handfesten des Bisthums Samland A 199 fol. V^o (A) und vielfach abweichend, mit grossen Lücken, ohne Zeugen und Datum in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXV^o (B) im Staats-Archiv zu Königsberg. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 4.

258.

1327. October 22. o. O. Johannes, Bischof von Samland, giebt dem Nagripte aus Medenau auf dessen Bitte eine Verschreibung über sein Besitzthum gegen eine Summe von 15 Mark. Dasselbe umfasst 1 Hufe und 8 Morgen, gelegen bei der Burg Medenau, und eine Wiese an dem Greibauer Fliess (aqua Medenow)¹⁾ nach dem Haff zu gelegen von 6 Morgen Grösse. Er erhält es zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von 2 Mark preussischer Pfennige und 30 Hühnern zu Martini. Zwei ebenda befindliche Rossgärten, der eine von 4 Morgen, gelegen an der in dem von Medenau nach Greibau führenden Wege befindlichen Brücke, der andere von 6 Morgen, in welchem ein kleiner Teich ist, gelegen am Greibauer Fliess, behält sich der Bischof zur Weide für seine Pferde vor. N. und seine Erben sind verpflichtet ad claudendum et custodiendum curiam nostram in Medenow et omnia in ipsa sita vel deposita. Für den Fall, dass einer von ihnen in Ausübung dieses Dienstes getödtet wird, wird ihnen ein Wergeld von 16 Mark zugebilligt. Zeugen fehlen. Datum et actum XI^o Kalendas Nouembris Anno domini M̄ CCC XXVII^o.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXVI^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

259.

1327. November 7. o. O. Handfeste für Neuendorf.²⁾

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, omnibus moderni temporis et futuri, ad quos presentes pervenerint, volumus esse notum, quod venerabilis in Christo pater, dominus Syfridus de Reynstein, felicis recordacionis predecessor noster, prout ex litteris et vivo testimonio didicimus, villam nostram iuxta civitatem Vischusen, que Noua villa dicitur, per quendam virum, nomine Sifridum, exstruxit de novo et locavit de viginti octo mansis sub jure Culmensi

¹⁾ Vgl. nr. 191.

²⁾ Vgl. nr. 256.

quam ad suam parrochiam habendo ibidem sepulturam et recipiendo omnia ecclesiastica sacramenta debeat perpetuis temporibus pertinere, et ipsi fratres nostri canonici promiserunt et volunt eidem populo preesse canonice in curis spiritualibus et regimine animarum. Quia etiam sincere amplectimur, ut honori, commodo et utilitati dictorum canonicorum semper plus accrescat, eisdem conferuius et donamus, ut [jus]^a conferendi scolas bone opinionis viro literato in artibus et morigerato ambarum civitatum nostrarum antique Kungisberg et Pregormunde, quarum ambarum civitatum pueri easdem scolas et non alias, dum manere aput suos parentes eos contigerit, frequentare pro suis studiis et disciplinis debebunt, quas locabunt prope pontem¹⁾, per quem de eorum antiqua curia transitur usque ad insulam, in qua dicta katedralis ecclesia erigitur, aut easdem scolas per se obtineant, plenariam habeant potestatem. Quem, inquam, pontem iidem canonici propriis sumptibus sic faciunt^b et firmabunt, quod per ipsum transeuntes incommoda non perferant nec ledantur. Addicimus etiam, quod in festivitibus, et quando alias necesse foret, viginti sex scolares pro divinis officiis decantandis ecclesiam parrochiam antique civitatis nostre Kungisberg frequentare debeant et in eadem parrochia capellani in competenti numero pro laude dei et consolacione populi habebuntur. Ex nomine insuper hoc adiecto, quod pueri civium antique civitatis exire noctis tempore cuiusvis occasione non arceantur, neque illa porta, que pro frequentacione prefate ecclesie katedralis patet, ibidem nisi convenienti et apto tempore pro eisdem aperiatur pueris, et cives eandem portam cum tali discrecione aperire studeant, ne pueri ad frequentandum missas et scolas pro suis studiis negligantur, populus etiam volens frequentare ecclesiam katedralis pro missis audiendis non inpediatur per porte clausuram supradicte²⁾. Preterea cum predictis fratribus nostris canonicis in hoc concordamus, ut quando episcopus, qui pro tempore fuerit, divina officia personaliter celebrare decreverit, quod extunc scolares omnium trium civitatum missis et vesperis debeant interesse, ita tamen, ut tot remaneant, quod per presenciam clericorum in ecclesiis parrochialibus divinum officium decenter peragatur. Ad hec cum sepredictis canonicis convenimus, ut ipsi similiter et unanimiter cum civibus nostris antique civitatis Kungisberg virum fide dignum, pro officio campanatoris abilem, concorditer recipere debeant et habere, qui se utrisque tam canonicis quam civibus obtemperare et moderare tenebitur in omnibus, que sui officii et condicionis exigunt qualitatem.

a) jus fehlt sowohl im Original wie in den Abschriften. b) Im Text : faciunt.

1) Die Dombrücke. Vgl. S. 150 Anm. 2.

2) Die Domschule — das heutige Kneiphöfische Gymnasium — lag, wie sich aus dem Vertrag vom Jahre 1351 (Perlbach, Reg. d. Stadt Kgsbg. nr. 32 u. 33) ergibt, neben dem alten Dom (vgl. nr. 200 Anm. 1), das im Kneiphof errichtete neue Gebäude fand seinen Platz da, wo sich später das Universitätsgebäude, das Collegium Albertinum, erhob, unweit des den Zugang zur Dombrücke bildenden Domthors, welchem auf der Altstädtischen Seite am Ende der Badergasse das Dombrückenthor gegenüberlag. Das Haus Grosser Domplatz nr. 2 enthält noch einen Durchgang, der zu dem erstgenannten Thore führte, während das letztere noch theilweise erhalten ist. Vgl. Beckherrn, Befest. Kgsbgs. (Altpreuss. Mitsschrift XXVII. 1890) S. 430, 436 u. nr. 26 u. 38 der Skizze u. Bötticher, Die Bau- u. Kunstdenkmäler d. Prov. Ostpreussen. Hft. VII. Königsberg. Abbildg. 133.

Et quia, ut per facti patet evidenciam, eminencie et statui eorundem canonicorum, quod hostiles defensiones exercean, extat onerosum, propter hoc ad illam partem antique curie eorum, que plancis ambigitur, super quibus nocturnas vigiliis pro custodia civitatis, velud in eorum originalibus^a litteris continetur,¹⁾ facere tenerentur, bona deliberata voluntate tantum spacium relinquere promiserunt et volunt, quod inter antiquam curiam eorum et plancas civitatis sive murum, quando factus fuerit, unus currus possit commode pertransire, et ipsi cives eiusdem partis civitatis in plancarum refeccione et aliis inpendiis vigiliarum pariter et defensionum perpetue habebunt sollicitudinem. Quam, inquam, curiam antiquam, in quam hospitale nunc situm in Pregormunde, cuius sollicite et decenter pro laude dei sine conscienciarum suarum remorsu curam habere sponderunt, transferetur et ponetur, quando se ad mansionem in insula pro katedrali ecclesia constructam se receperint, secundum omnem suam pristinam quantitatem possidebunt et, sicut ipsis utile videbitur, eandem curiam edificare poterunt, ita tamen, quod de edificiis, que pro censu habendo facere disposuerint, iura civilia facere teneantur. Indulgemus eciam, quod pro commodo infirmorum dicti hospitalis unum privatum in locis subterraneis permeatum facere valeant et prefatam curiam firmare debebunt plancis brevibus sive septis. Ceterum universos et singulos scire volumus, quod in civitate nostra, quam sursum super antiquam civitatem Kungisberg in ascensu Pregore locavimus,^b quam in posterum et perpetue Novam Kungisberg²⁾ appellari volumus, de indulto, voluntate, conivencia et consensu domini Iohannis, episcopi, et sui capituli predictorum specialem ecclesiam parrochiale³⁾ dotare et construere debeamus ac possimus, cuius ius patronatus et presentationis ad nos et successores nostros cum omni iure perpetue pertinebit. Demum de favore et gracia speciali pro singulari comodo et evitacione plurimarum dissensionum, que ex consequentibus supradictis fratribus nostris capituli ecclesie Sambiensis possent verisimiliter suboriri, statuimus, ordinamus et volumus, ne aliquo tempore deinceps et in perpetuum alicuius alius religionis monachi sive fratres, cuiuscumque nominis vel condicionis censeantur, mansionem, ecclesiam sive claustrum in predictis tribus civitatibus nostris Kungisberg aut eius suburbiis sive aliquibus suis bonis ac fundis adiacentibus per totum districtum pro eo eciam quocumque laborantem possint aut debeant possidere. Debet eciam in predictis civitatibus et in earum confiniis nulla alia parrochialis ecclesia preter has, que iam sunt et esse disponuntur, amplius fieri et fundari. In quorum omnium testimonium, evidenciam et robur firmitatis perpetue presentes ad predictorum domini episcopi votivas instancias et sui capituli presentes scribi fecimus et nostri sigilli appensione communiri. Datum in Kungisbere Sabbato Quatuor temporum, venite adoremus Anno Domini M^oCCC^oXXX^o tercio presentibus viris religiosis

a) *Im Text: originalibus.* b) *Corrigirt aus: locabimus.*

1) *Vgl. nr. 204 u. 207.*

2) *Der Löbenicht. Vgl. dessen Gründungsprivileg bei Lucas David, Preuss. Chronik IV. Bd. Anhang nr. 14.*

3) *Die Löbenichtsche Kirche.*

fratribus nostris dilectis, fratre Theoderico de Aldinbure summo ordinis marschalco fratre Rutchero de Talheym commendatore in Brandeburg fratre Sigehardo de Swartzburg commendatore in Grudentz fratre Frederico de Libencelle commendatore in Goluba fratre Henrico capellano nostro fratribus Ottone Dobremers^a Conrado de Gartow sociis nostris fratre Iohanne de Brunswich fratre Euerhardo procuratore de conventu Kirsburgensi fratre Heinrico Dusemer advocato per Sambiam fratre Iohanne Rinkinbere advocato domini episcopi Sambiensis fratre Hartungo vicecommendatore in Kungisbere fratribus domino Heydenrico domino Gunthero presbiteris fratre Iohanne magistro piscarie fratre Gyselero de Graba fratre Iohanne de Winnegen de conventu Kungisbere Iohanne canonico Warmiensi ac Hermanno de Kaminata nostris notariis et aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis.

a) Vgl. S. 208, Variante e.

Original auf Pergament in der Fürstl. Czartoryskischen Bibliothek zu Krakau Szüfl. II, 82, an grün und rothen Seidenschmüren hängt das wohlerhaltene Siegel des Hochmeisters in schwarzem Wachs (übereinstimmend mit der Abbildung bei Vossberg, Gesch. d. preuss. Münzen u. Siegel Taf. I. nr. 3). — Mehrere Abschriften im Staats-Archiv zu Königsberg. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 88. Perlbach, Reg. d. Stadt Königsberg nr. 25 (Altpreuss. Mittheilung XVIII. 1881). Vgl. auch Möller, Gesch. d. Altstäd. Gymnasiums zu Kgsbg. (Programm v. J. 1847) S. 1 ff., welcher richtig bemerkt, dass in dieser Urkunde nur von der Domschule die Rede ist.

281.

1333 [nach dem 18. September]. Königsberg. *Bischof Johannes und das Domkapitel von Samland erklären sich mit allen von Hochmeister Luther von Braunschweig in nr. 280 getroffenen Anordnungen einverstanden und verpflichten sich zur sorgfältigen Ausführung derselben.*

In nomine domini amen. Ut rei geste ambiguitate qualibet propulsata et apud presentes et posteros certitudo luculentior habeatur, nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, frater Bertramus, prepositus, frater Zacharias, decanus, frater Petrus, custos, totumque eiusdem ecclesie capitulum cupientes, ut facte confirmacionis et donacionis infrascriptorum dulcedinem^a effectus uberes subsequantur, quibus debite dileccionis et favoris sinceritas annotatur, universis et singulis presentem paginam inspecturis esse volumus manifestum, quod omnia et singula scripta et contenta literis venerabilis ac religiosi in Christo fratris Luderib^b, ordinis hospitalis sancte^c Marie Ierosolimitane domus Theuthonice generalis magistri, dei gracia nati ducis de Brunswig,^d puta: confirmacio privilegiorum capituli nostri predicti super ecclesia parrochiali antique civitatis Koningisberg,^e assignacio illius partis Koningisberg,^e que Pregormunde dicitur, ut populus tanquam parrochiales ad ecclesiam nostram kathedralem pertineant, super habendis scolis et earum locacione, super mittendis pueris ad ecclesiam parrochiam in festivitibus,^f super recepcione

a) dulcedine A. B. b) Ludderi B. C. c) beate C. d) Brunswig B. ducis Brunswicensis C. e) Koningisberg B. Kungisberg C. f) in festivitibus et alias C.

campanatoris eiusdem parrochie, super dispositione antique curie nostre, in quam hospitale transferetur, super construenda ecclesia et fundanda nova^a in illa parte civitatis, que Nova Koningsberg^b nuncupatur, cuius ius patronatus et presentacionis ad dictum magistrum generalem et ad suos successores pertinebit perpetue, super non habendo claustro seu aliqua mausione aliorum religiosorum quorumlibet in Koningsberg et eius partibus bonis aut fundis suis adiacentibus per totum districtum, super non construenda et habenda aliqua alia parrochia preter predictas et omnia alia, prout in supradicti magistri generalis expressa literis liquidius continentur, grata,^c rata et firma habere volumus et eadem ad omnes suas clausulas atque puncta auctoritate presencium spondemus et promittimus inviolabilia sine quolibet precipicio observare. Et ut omnia predicta perpetue firmitatis robur obtineant, presentibus nostra sigilla duximus appendenda. Testes huius sunt honorabiles ac religiosi viri frater Sygehardus de Swartzburg commendator in Grudentz, frater Fridericus de Libencelle commendator in Goluba, frater Henricus capellanus, et magister Iohannes notarius magistri generalis predicti, Iohannes notarius ecclesie nostre et alii plures fide digni. Datum et Actum In Koningsberg Quinto Idus [Septembris]^d Anno A Natiuitate dñi Millesimo Trecentesimo Tricesimo tercio.^e

a) nova fehlt A. B. b) Konigsberg B. Kungsberg C. c) grata fehlt A. d) Der Monatsname fehlt A. e) Das Datum lautet in B.: Actum Anno domini. M^o. CCC^o. XXXIII^o, in C. wird bezüglich der Zeugen und des Datums auf die vorhergehende Urkunde verwiesen, dies ist nr. 280. Die beiden deutschen Uebersetzungen haben: Gegeben u. gescheen zu Konigsberg V. Idus Septembris 1333. Dieses Datum ist entschieden falsch, da die Urkunde später als nr. 280 entstanden sein muss. Auffallend ist ferner der Umstand, dass in einer von Bischof und Domkapitel ausgestellten Urkunde sich unter den genannten Zeugen mit Ausnahme Eines nur Ordensbeamte befinden. Vielleicht liegt ein Versehen des Abschreibers vor.

Abschriften in dem Copiarium A 18 fol LXXXIX^o (A), in dem Quartanten Rigische Handelunge A 86 fol. 121^o (B), in der Matricula Vischusiana (A. 202) fol. XXXVIII^r (C), deutsche Uebersetzungen in den Privilegien d. Stifts Samland A 213 fol. 25^r u. in dem Handfestenbuch nr. 7 fol. 24^r im Staats-Archiv zu Königsberg. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 117 (Text) u. S. 118 (Uebersetzung). Perlbach, Regesten d. St. Königsberg nr. 23 (Altpreuss. Mittheilung XVIII. 1881).

282.

[1333.] o. J. u. O. Johannes, Bischof von Samland, unterstellt die mit dem Dom zu Königsberg verbundene Domschule dem samländischen Domkapitel und verbietet die Errichtung oder Benutzung anderer Schulen bei den Kirchen in der Stadt, in den Vorstädten und dem Weichbilde.

In nomine domini amen. Frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, [salutem]^a omnibus in perpetuum. Etsi universis ac singulis diocesis nostre ecclesiis ex officii nostri debito teneamur, illius tamen prestancius atque fervencius quieti et commoditatibus intendimus, per quam omnipotenti deo sine medio sociamur. Attendentes itaque, quod cultus divini nominis, cuius augmentacio crebro cordi

a) salutem fehlt in Text.

nostro insidet cum affectu, in ecclesia nostra Sambiensis civitatis Kungisberg per scolarium ad scholas ipsius ecclesie e diversis mundi partibus confluencium frequentiam sollempniter diebus singulis peragatur, nos ecclesie eidem, ut de bono in melius incrementis continuis proficere valeat, scholas dicte civitatis auctoritate ordinaria ex certa nostra sciencia unimus et presentis scripti patrocinio confirmamus, mandantes preposito et capitulo prelibate nostre ecclesie, qui pro tempore fuerint, quatenus virum ydoneum scolarum et scolarium earundem regimini assumant suisque teneant in expensis, qui clericos et scolares ibidem possit et debeat informare. Inhibemus igitur universis et singulis, quorum interest in presenti vel interesse poterit in futuro, sub excommunicacionis pena, quam canonica monicione premissa in omnes et singulos, qui presenti nostre confirmacioni consilio, auxilio vel favore, publice vel occulte, contraire presumpserint, in hiis scriptis proferimus, ne quis alibi circa ecclesias, capellas aut eciam in preurbis seu limitibus civitatis predictae scholas erigere vel de novo instaurare aut in eis, si que facte fuerint, docere pueros et scolares perpetuis inantea temporibus in sepe dicte ecclesie nostre preiudicium audeat vel presumat. In cuius rei perhennem memoriam et robur perpetue firmitatis presentem litteram sive presens instrumentum per Iohannem, notarium nostrum, conscribi et publicari mandavimus et nostri sigilli appensione muniri. Actum et datum. . .

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLIIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 92. Perlbach, Reg. d. Stadt Kgsbg. nr. 27. (Altpreuss. Mitsschrift XVIII. 1881.) Voigt, Gesch. Preussens IV. S. 552 und ihm folgend Gebser l. c. haben das fehlende Datum durch das der in der Matr. Vischus. folgenden, von gleicher Hand geschriebenen Urkunde ergänzt und sie in das Jahr 1337 gesetzt, in der Matr. Vischus. ist aber selbst bei den von demselben Copisten geschriebenen Stücken die chronologische Folge durchaus nicht consequent durchgeführt, mithin ein sicherer Anhaltspunkt für die Datirung durch Berücksichtigung der vorangehenden oder folgenden Urkunden nicht zu gewinnen. Es scheint vielmehr angemessen diese Ergänzung der im Jahre 1333 in Betreff des neuen Doms und der Domschule getroffenen Vereinbarungen denselben auch zeitlich anzugliedern. — Vgl. auch Möller, Gesch. d. Altstädt. Gymnas. S. 4.

283.

1334. Juli 11. Königsberg. Johannes, Bischof, und das Domkapitel von Samland ordnen an, dass zu Ehren des Dekans der Ermländischen Kirche, Johannes, wegen seiner treuen Dienste, und weil er zum Neubau des Domes 200 Goldgulden gespendet, dauernd Messe gelesen werden und nach seinem Tode jährlich eine Gedächtnissfeier stattfinden solle.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, nec non frater Iacobus, prepositus, totumque capitulum ecclesie eiusdem recognoscimus tenore presencium et notum facimus omnibus moderni temporis et futuri presentem litteram inspecturis, quod attendentes grata et utilia atque diutina fidelitatis obsequia nobis et ecclesie nostre per honorandum virum, dominum Iohannem, decanum

Warmiensis ecclesie, iam dudum diligenter exhibita et impensa devocionemque, quam ad nos et nostram habet ecclesiam verisimiliter perpendentes de voluntate et consensu unanimi tocus nostri capituli eidem domino gratiam fecimus et conferimus infrascriptam perpetuis temporibus duraturam, videlicet quod singulis ebdomadis in ecclesia nostra pro salute et remedio anime ipsius domini Iohannis, qui ad structuram katedralis nostre ecclesie ducentos florenos aureos liberaliter obtulit, [perpetuo]^a tres misse votive legi debent per sacerdotem, quem prepositus, qui pro tempore fuerit, aut eius vices gerens ad hoc specialiter ordinabit, videlicet feria secunda pro defunctis, feria quarta [et]^b quocunque sabbato de beata virgine aut de festo, si quod evenerit. In quibus scilicet missis ipsius memoriam fieri volumus, quoad vixerit, sicut inter vivos consuevit fieri et, postquam deo iubente ab hac luce sublatus fuerit, singularis memoria fiet, anniversarius quoque sui obitus in nostra ecclesia more nostrorum canonicorum singulis annis a nobis nostrisque successoribus fideliter peragetur et singulis feriis secundis specialis in nostra ecclesia publice ad populum eius recordacio fieri debet in commemoracione et pronuncciacione fidelium defunctorum. Que nostra concessio de matura deliberacione facta perpetuis temporibus inviolabiliter observetur eiusque memoria perhenniter apud nostros successores seu posteros habeatur. In premissorum testimonium et robor perpetue firmitatis sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum [et]^c datum in Kungisberg. XI. die Julii Anno a nativitate domini M^o.CCC^o.XXXIII^o.

a) *Im Text: propter.* b) *et fehlt im Text.* c) *im Text: de.*

Abschrift in den Handfesten d. Bisth. Samland A 199 fol. XIV^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

284.

1334. November 8. o. O. Bertram, Dekan, Conrad, Scholasticus, Petrus, Custos, und das Domkapitel von Samland verschreiben dem Johannes einen in der Nähe der Dörfer Schönwalde (Schonewald) und Conradswalde (Conradiswalde) gelegenen Wald zur Ausrodung und Anlegung eines Dorfes culmischen Rechts, welches Jacobiswalde genannt werden soll. Er erhält als Schulz $\frac{1}{2}$ Freihufe, von den übrigen ist ein jährlicher Zins von $\frac{1}{2}$ Mark pro Hufe zu entrichten zu Weihnachten nach Ablauf der 8 Freijahre, welche gerechnet werden sollen a data presencium, que fuit anno domini M^o.CCC^o.XXXIII^o. die quatuor Coronatorum predictis fratribus et aliis loco testium annotatis.

Abschrift in den Handfesten d. Bisth. Samland A 199 fol. XXXI^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

285.

1334. November 23. Königsberg. Jacob, Propst, Bertram, Dekan, Petrus, Custos, und das Domkapitel von Samland verschreiben dem Kämmerer Johannes in Quednau $2\frac{1}{2}$ Hufen in dem von

den Preussen einst heilig gehaltenen Walde bei Traussitten¹⁾ (Trausdytin) zu erblichem Besitz. Er erhält die gleiche Weidgerechtigkeit wie die Bewohner der benachbarten Dörfer und 8 Freijahre, nach deren Verlauf er 1 Mark Zins zu Martini jährlich zu zahlen hat. Testes huius sunt frater Iacobus tunc prepositus Bertramus decanus Petrus custos Conradus scolasticus Petrus de Elbingo tunc hospitalarius Ruedigerus tunc plebanus Königsbergensis Zacharias tunc officialis frater Bertholdus et alii fide digni. Actum et datum Königsberg anno ab incarnatione dominica M^oCCC^oXXXIII^oVIII^o (!) Kalendas Decembris et fuit die beati Clementis pape et Martiris.

Abschrift in den Handfesten d. Bisth. Samland A 199 fol. XXXII^r im Staats-Archiv zu Königsberg. — VIII^o Kal. Dec. ergiebt d. 24. Nov., ist also wohl verschrieben für IX^o.

286.

1335. März 18. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt dem Schulzen Nikolaus und den Bewohnern des deutschen Dorfes Neuendorf (Nova villa) bei Fischhausen, welches Bischof Siegfried mit 28 Hufen — und zwar 3 Freihufen für den Schulzen, die andern gegen jährlichen Zins nach urkundlichem Ausweis²⁾ — ausgesetzt hatte, noch 4 Hufen und 12¹/₂ Morgen zu culmischem Recht und lässt die Grenzen des ganzen Dorfgebiets neu vermessen.³⁾ Der Schulze erhält 3 zinsfreie Hufen erblich, für die andern 29 Hufen und 12¹/₂ Morgen ist ein jährlicher Zins von 14¹/₂ Mark und 2 Schock Hühner zu Martini zu entrichten. Concedimus eciam eidem Nicolao et suis heredibus iudicia majora et minora super excessibus, qui in dicta villa et eius limitibus ab incolis tantum ville ipsius perpetrantur, ita quod tercia parte iudiciorum huius modi ipsi reservata reliquas duas partes eorundem iudiciorum nobis teneantur, Prutenis dumtaxat exceptis, de quibus dicto sculteto nullam iudicandi tribuimus facultatem, sed eos et eorum excessus iudicandos iurisdictioni nostre advocacie penitus reservamus. Presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris fratre Iohanne de Rinkenberg advocato nostro fratre Iohanne Boemo socio ejus Iohanne notario curie nostre et aliis fide dignis anno a nativitate domini M^oCCCXXXV^oXV Kalendas Aprilis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXXVIII^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

287.

1335. April 5. [Königsberg.] Jacob, Propst, Bertram, Decan, und das Domkapitel von Samland erklären die von dem Hochmeister Luther von Braunschweig über sein Grabmal im Dom und die Feier seines Todestages getroffenen Bestimmungen treulich erfüllen zu wollen.

In nomine domini amen. Cum vita presens fragilis omnibus agnoscatur inimica et breves hominis sint^a [dies],^b ne subita mors quemquam preveniat, dignum est, ut ad salutis

a) sunt A. b) dies fehlt A. B.

1) Im Kirchspiel Neuhausen.

2) Die Besetzungsurkunde ist nicht erhalten, vgl. daher nr. 256.

3) Erwähnenswerthe Ortsangaben: Dargowayn (Dargen) — pons, que de Nova villa ducit versus Girmow.

remedium^a recurratur. Hinc est, quod nos frater Iacobus, prepositus, frater Bertramus, decanus, totumque capitulum ecclesie Sambiensis tenore presencium recognoscimus et omnibus moderni temporis et futuri, quibus presens scriptum exhiberi contigerit,^b volumus esse notum, quod illustris princeps, venerabilis ac religiosus in Christo dominus, frater Luderus,^c ordinis hospitalis beate Marie Jerusalemiani domus Theutonicorum^d generalis magister, dei gracia natus dux Brunswicensis, sanus mente et corpore, memor condicionis humane, quam semper comitatur innata^e fragilitas, cui ab ipso vite primordio mortis imperium dominatur, divina inspiratus gracia, de rebus transitoriis vitam mercans eternam saluti et quieti anime sue salubri decrevit remedio providendum. De omnipotentis dei misericordia confidens, quod cor contritum et humiliatum non despicit, qui, ut populum suum redimeret, gustare non indignatus est calicem passionis, benigno sinceritatis ac devocionis circa nos et ecclesiam nostram motus affectu, nobis^f et eidem ecclesie nostre largas elemosinas et pia caritatis subsidia contulit liberaliter et donavit ac apud nos et ecclesiam nostram comparavit legittime, quod ad laudem et reverenciam sacrosancti corporis domini nostri Iesu Christi et gloriose virginis, genetricis eius, Marie omniumque sanctorum ad perpetuam predicti magistri generalis memoriam in nostra ecclesia faciendam unum cereum sine intermissione lucentem atque supra tumulum in medio chori nostri, ubi, postquam domino disponente vitam hanc miseram mutaverit in iocundam, corpus suum requiescere disposuit et elegit,¹⁾ inextinguibiliter pendentem et vinum pro divino officio in nostra ecclesia celebrando perpetuis temporibus ac unam pitanciam, duo scilicet fercula bona et delicata ultra consueta, cum potu optimo, qui tunc reperiri poterit vel haberi, pro^g refeccione nostri collegii ad unum prandium singulis annis in die obitus eiusdem venerabilis magistri. Qui quidem dies anniversarius vigiliis et missarum sollempniis a nobis nostrisque successoribus ac singulis de nostro collegio cum devocione debita peragetur. Nos itaque caritativa donacione huiusmodi prefati generalis magistri cum multa graciaram accione suscepta omnia et singula premissa secundum voluntatem, ordinacionem et desiderium magistri prefati providere, procurare, ad effectum suum debitum perducere et nichilominus pro nobis nostrisque successoribus in perpetuum promittimus inviolabiliter observare. Ut autem omnium predictorum in nostra ecclesia iugis ac perhennis habeatur memoria, presentem litteram desuper conscriptam appensione sigilli nostri capituli duximus roborandam. Datum et Actum Nonas Aprilis Anno A Natiuitate domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo quinto.^h

a) remedia B. b) contingerit A. B. c) Ludderus B. d) Theutunlorum B. e) inmota B. f) nobis nobis A. g) pro fehlt A. h) Actum Anno domini M^oCCC^o. XXXV^o. Nonas Aprilis B.

Abschriften in dem Copiarium A 18 fol. LXXXIV^r (A) und in dem Quantanten Rigische Handlung A 86 fol. 123^v (B) und ebenda fol. 125^r in deutscher Uebersetzung im Staats-Archiv zu Königsberg. — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 120. Perlbach, Reg. d. St. Kgsbg. nr. 26. (Altpreuss. Mtsschrift XVIII. 1881.)

1) Ueber des Hochmeisters Grabmal im Dom vgl. Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. II. S. 147, 255 u. Atlas Taf. 2 u. 8.

288.

1335. Mai 19. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, verleiht mit Zustimmung seines Domkapitels seinem Diener (famulus) Mathias für die treuen Dienste, que nobis circa advocatos nostros exhibuit, $2\frac{1}{2}$ zinsfreie Haken Land im Felde des Dorfes Romehnen (Romain) zu erblichem Besitz. M. ist dafür zum Dienst zu Ross mit den landesüblichen Waffen bei Heerfahrten, Neubau oder Wiederaufbau von Burgen verpflichtet, hat eine Recognitionsgebühr von 1 Markpfund Wachs und 1 kölnischen oder 5 preussischen Pfennigen jährlich zu Martini zu entrichten und erhält ein Wergeld von 30 Mark. Testes hujus sunt frater Iohannes de Rinkenberg advocatus noster frater Iohannes Boemus socius ejus Iohannes notarius noster et alii quamplures fidedigni. Datum in castro nostro Bischoueshusen XIII Kalendas Iunii Anno domini M^oCCCXXXV.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

289.

1335. Juli 24. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt seinem Notar Johannes, Pfarrer in Thierenberg, für seine treuen Dienste den von dem deutschen Dorfe Thierenberg (Tirberg) eingehenden Zins auf Lebenszeit. Nach seinem Tode fällt er wieder an den Bischof zurück, welcher sich auch die von dem genannten Dorfe zu liefernden Zinshühner vorbehält. Jacob, Propst, Bertram, Decan, Petrus, Official, und das ganze samländische Domkapitel erklären ihre Zustimmung zu dieser Verleihung und bestätigen dieselbe. Testes huius sunt honorabilis vir magister Iohannes phisicus medicus reverendi viri . . magistri generalis ordinis Theutonici . frater Iohannes quondam prepositus . frater Rudegerus plebanus in Kungesberg . frater Zacharias et frater Helmicus canonici nostri et alii fide digni. Datum et Actum in castro Bischoueshusen IX Kalendas Augusti Anno A natiuitate domini M^oCCCXXXV.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LXIII^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

290.

1335. Juli 25. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, besetzt den in Medenau zwischen Widdem und Kirche liegenden Krug aufs Neue, verschreibt ihn dem Krüger Rüdiger nebst einem daran stossenden Garten zu erblichem Besitz gegen einen jährlichen Zins von 3 Mark und 1 Schock Hühner zu Martini und erklärt innerhalb einer Viertelmeile im Umkreis von Medenau keinen neuen Krug zum Schaden des R. errichten zu wollen: si vero precedente tempore nos aut nostri successores opidum vel civitatem ibidem instituere decreverimus, ex tunc ibidem observetur sicut generaliter in aliis opidis vel civitatibus est consuetum. Actum et Datum in castro nostro Bischoueshusen VIII Kalendas Augusti Anno domini M^oCCCXXXV^o. presentibus fratribus Iohanne et Helmico canonicis nostris fratre Iohanne de Rinkenberg advocato nostro fratre Iohanne Boemo socio ejus Iohanne notario nostro et aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLII^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

291.

1335. September 3. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, beurkundet, dass sein Lehnsmann, der Sudauer Kariote, welcher im Felde des Dorfes Compehnen¹⁾ (Campayn) 3 zinsfreie von Gaudike durch Tausch erworbene Haken besass, einen Theil derselben an die Brüder Pelline und Nawelle aus Sabenow vertauscht habe, und dass dann alle Drei diese 3 Haken an Naglande, den ehemaligen Kämmerer in Germau, und dessen Söhne Nicolaus und Hertwich verkauft hätten. Der Bischof genehmigt den Verkauf und verleiht das Land, nachdem es ihm aufgelassen, dem Naglande und seinen Söhnen zins- und scharwerksfrei zu erblichem Besitz. Dienst, Recognition und Wergeld wie in nr. 288. Dieselben Zeugen wie in nr. 290. Datum in castro nostro Bischoueshusen ·III· Nonas Septembris anno domini ·M CCC·XXXV·

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XL^r im Staats-Archiv zu Königsberg. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. nr. 5.

292.

1335. October 12. o. O. Jacob, Propst, und das Domkapitel von Samland verschreiben dem Betko und seiner Gattin Gesa 10¹/₂ Hufen²⁾ zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von ¹/₂ Mark pro Hufe zu Martini. Sechs davon sind von Anfang an zinspflichtig, für die übrigen 4¹/₂ Hufen erhält er 8 Freijahre vom nächsten Martinstage an gerechnet. Testes sunt frater Iohannes de Rinkenburg advocatus ecclesie frater Zacharias frater Petrus antiquus frater Conradus Ebicko scriptor Dithardus Herwicus de Mednow Hermannus Slephegist. Datum anno domini ·M·CCC·XXXV proxima feria quinta post festum Dionysii.

Original u. Abschrift auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg. Ersteres stark stockleckig, an Pergamentstreifen hängt das runde, oben und unten am Rande etwas beschädigte Siegel des Domkapitels in rothem Wachs, welches die Krönung Maria's darstellt: In einer Laube mit zwei Giebeln, zwischen denen sich ein Thurm mit drei Zinnen erhebt, sitzen auf einer Bank Jesus mit dem Heiligenschein, in der linken Hand ein Buch, mit der rechten die Krone hinreichend, und Maria mit dem Heiligenschein und dem Morgenstern über dem Kopfe nach der Krone greifend. Ausserhalb der Laube steht links von Maria eine weibliche Figur, in der linken Hand eine Palme tragend, mit der Beischrift: S. ELLIZABET. Zur rechten Seite von Christus steht ein Bischof mit Mitra, den Stab in der rechten Hand haltend, mit der Beischrift: . . . ALBERT' EPIS. Im untern Theile des Siegelfeldes ist in einer Vertiefung, die durch ein Kleeblatt an beiden Seiten verziert ist, ein mit einer Mütze bedecktes Menschenhaupt sichtbar. Umschrift: SIGILLVM ·CAPITUL . . . CLESIE SAMBIEN . . . Ungenau und verkleinert abgebildet u. beschrieben bei Gebser u. Hagen, Dom. zu Kgsbg. Bd. II. S. 378 u. Atlas Taf. 7. — Ausserdem noch zwei Abschriften im Staats-Archiv zu Königsberg.

293.

1335. December 2. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, überlässt seinem Domkapitel den Ertrag der von Schloss Powunden und Umgegend eingehenden gerichtlichen Bussen.

¹⁾ Im Kirchspiel Thierenberg.

²⁾ Zwar sind die Grenzen bezeichnet, es fehlt aber jede Ortsangabe, aus der man schliessen könnte, wo das verleihe Land gelegen hat.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus,^a recognoscimus et ad universorum tam presencium quam futurorum volumus noticiam pervenire, quod dilectos nobis in Christo . . . prepositum et capitulum ecclesie nostre Sambiensis predictae pio prout decet prosequentes affectu omnia iudicia provenientia ab eorum hominibus de quibuscunque excessibus perpetratis vel perpetrandis in castro nostro Powunden vel eius confiniis eisdem . . . preposito et capitulo nostro in perpetuum conferimus et donamus. Dantes et concedentes eis exnunc eadem iudicia repetendi, exigendi et recipiendi inantea de dictis eorum hominibus plenam et liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentem dedimus litteram nostri sigilli appensione munitam. Actum et datum in castro nostro Bischoushusen IIII Nonas Decembris Anno domini^b M·CCCXXV· presentibus fratre Iohanne de Rinkenberg^c advocato nostro fratre Iohanne Boemo socio suo^d Bernhardo capellano nostro Iohanne notario nostro^e et aliis fide dignis.

a) Die Worte dei—episcopus fehlen in A und sind durch etc. ersetzt. - b) Anno a nativitate domini B. c) Rinkenberg B. d) ejus B. e) notario curie nostre B.

Abschriften in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLII^r (A) und in dem Handfestenbuch nr. 7 fol. 79^r (B) im Staats-Archiv zu Königsberg.

294.

1336. Februar 5. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt 4 Hufen Land bei Twergaiten (Twirieyten), nachdem der frühere Besitzer Jacob, der Sohn des Santirme aus Mirichien, sie ihm aufgelassen, dem Runate, welcher 2 derselben bereits von J. durch Kauf erworben, zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von 2 Mark preussischer Pfennige zu Martini. Das Wergeld des R. wird auf 16 Mark festgesetzt. Actum et datum in castro nostro Bischoushusen. Nonis Februarii anno domini M CCC XXXVI· presentibus fratre Iohanne antiquo preposito canonico nostro fratre Iohanne Boemo advocato nostro Iohanne notario nostro Petro camerario nostro in Powunden Helmico de Transen feodali nostro et aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

295.

1336. März 7. Königsberg. Heinrich Dusemer, oberster Marschall und Comthur zu Königsberg, beurkundet die Gründung eines Altars in der St. Georgskirche zu Königsberg durch fremde Ritter und Edle.¹⁾

In nomine domini amen. Ne ea, que ob reverenciam dei ac plurimarum animarum fiunt salutem, oblivioni dentur et a memoria hominum evanescant, necessaria est sagax

¹⁾ Vgl. nr. 263. Anm. 1.

scripturarum invencio, cuius virtute ea, que aboleri possent, perpetua recordacione sortiuntur. Nos igitur frater Heinricus Thusemer, ordinis fratrum domus Teutonice hospitalis sancte Marie Ierosolimitani summus marscalcus ac commendator domus Konigisberc, ad noticiam universorum Christi fidelium, quibus presencia recitata fuerint, volumus devenire, quod viri conspicui et famosi milites et alii nobiles de partibus extraneis et longinquis pro tunc in civitate nostra Kvnigisberc congregati querendo animarum suarum salutem in unum concordantes, creatori omnium creaturarum laudem et honorem affectibus ardentibus inpendere cupientes, altare unum in ecclesia beati Georgii ad laudem dei et virginis matris ejus Marie et in honore (!) beati Georgii fundare decreverunt, prout eciam piis persecucionibus aram construentes sordidam delendo maculam viciorum uberosius ad effectum perduxerunt. Predicti enim milites et nobiles felicitatem anime pretendentes et premium divine remuneracionis consequi affectantes predictum altare ad laudem dei et matris eius Marie et in honorem beati Georgii constructum tredecim marcis pecunie annualis perpetue duraturis dotaverunt. Quarum quidem tredecim marcarum predicti milites et nobiles decem marcas propriis sumptibus et Ebirhardus scriptor tres marcas de suorum bonorum exigencia perpetue duraturas in remissionem peccaminum compararunt, ut persona clericalis, cui collatum fuerit predictum beneficium, predictas tredecim marcas omni anno ad tempora vite sue colligat victus ab inde sumendo et in usum secundum sui (!) voluntatem convertendo. Quidquid vero ad predictum altare exceptis predictis tredecim marcis a personis quibuscunque oblatum seu datum fuerit, de huiusmodi proventibus cives, quibus commissum fuerit, providere altari se intromittant in usus altaris comparando ornatum, libros, edificia e alia necessaria cum consilio commendatoris aut superioris domus Konigisberc convertendo. Si quid vero ultra comparacionem necessariorum altaris offertorii aut aliorum proventuum superfluum fuerit, hoc cum consilio commendatoris aut superioris domus Kvnigisberc infirmis ibidem existentibus pro ipsorum indigencia tribuatur. Huiusmodi autem beneficii collacionem predicti milites et nobiles ad commendatorem aut ad superiorem domus Kvnigisberc disposuerunt perpetue pertinere. In quorum omnium evidenciam, robur et perpetuum firmamentum presentes nostri sigilli appensione duximus muniendas. Testes sunt illustris princeps Ludwicus dei gracia marchio Brandenburgensis dominus Philippus comes de Amen · Iohannes et Hermannus comites de Hennenberc Willehalmus de Rubo Heinricus de Sancto Anthonio Iohan de Eckerich Heinricus Monachus omnes milites famosi et circumspetti et alii^a quam plures milites et nobiles, qui presentes fuerunt et predictum altare construentes fundaverunt. Datum Kvnigisberc Anno domini M^b CCC^o XXX^o sexto proxima feria quinta ante festum beati Gregorii pape.

a) Im Text: circumspetti a et alii. b) Im Text zwei M übereinander, das eine in, das andere über der Zeile stehend.

Original auf Pergament im Stadt-Archiv zu Königsberg. An Pergamentstreifen hängt das Siegel des obersten Marschalls in rothem Wachs, abweichend von dem bei Vossberg, Gesch. d. preuss. Münzen u. Siegel Taf. I. nr. 12 abgebildeten: Ein Ritter auf vorwärts schreitendem Pferde mit Ordensschild und Fahne. Umschrift: S. MARSCHALCI. ORDINIS. DOMVS. TEVTVNICE. — Perlbach, Quellenbeiträge z. Gesch. Kgsbgs. nr. 5.

296.

1336. Juli 8. o. O. Johannes, Bischof von Samland, bestätigt Eytike, ehemaligen Kämmerer in Powunden, im erblichen Besitz von 3 Haken bei Mollehen (Moleynen)¹⁾. Für einen derselben, der zins- und scharwerksfrei ist, hat er Dienst zu Ross mit den landesüblichen Waffen bei Heerfahrten und Burgenbau zu leisten und Recognition von 1 Markpfund Wachs und 1 kölnischen oder 5 preussischen Pfennigen zu entrichten. Für die beiden andern Haken hat er 1½ Mark preussischer Pfennige Zins jährlich zu Martini zu zahlen. Datum VIII Idus Iulii Anno domini M·CCC·XXXVI· presentibus fratre Iohanne Boemo advocato nostro fratre Theoderico de Gebese socio ejus Iohanne notario nostro et aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

297.

1336. November 29. Königsberg. Jacob, Propst, Bertram, Decan, Petrus, Official, und das samländische Domkapitel verschreiben dem Jacob aus Tropitten (Tropyten)²⁾ den daselbst neu ausgesetzten Krug nebst 2 auf der andern Seite des Lauther Fliesses gelegenen Hufen und einem Garten nebst allen Nutzungen zu erblichem Besitz gegen einen jährlichen Zins von 3 Mark zu Martini. Datum et actum Kunigisberc. anno domini M·Ccc·Tricesimo·VI· in vigilia Beati Andree apostoli.

Original auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg mit dem an Pergamentstreifen hängenden, bei nr. 292 beschriebenen Kapitelssiegel in weissem Wachs.

298.

1337. Mai 3. Königsberg. Jacob, Propst, Bertram, Decan, und das Domkapitel von Samland gründen Cumberau (Kvmmrow)³⁾ als ein Dorf culmischen Rechts von 14 Hufen. Gerco erhält als Locator 1 Freihufe, die Besitzer der andern 13 Hufen haben einen Zins von ½ Mark und 2 Hühnern pro Hufe jährlich zu Martini zu entrichten, und zwar soll die Zinszahlung nach Ablauf eines Jahres vom nächsten Martinsfeste gerechnet beginnen. Datum et Actum Kvnigisbere Anno domini M·Ccc· Tricesimo septimo · In die Invencionis sancte Crucis.

Original auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg mit dem an Pergamentstreifen hängenden, bei nr. 292 beschriebenen Kapitelssiegel.

299.

1337. Juni 24. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verleiht dem Müller Heinrich die Windmühle bei Fischhausen zu Erbrecht.

1) Im Kirchspiel Laptau.

2) Im Kirchspiel Neuhausen.

3) Im Kirchspiel Quednau.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, tenore presencium recognoscimus et notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod, cum nos molendinum, quod wintmole nuncupatur, in monte prope civitatem nostram Bischoueshusen sepi et fossato circumdatum cum omnibus instrumentis et necessariis suis ad plenam perfectionem construximus nostris sumptibus et expensis, que ad quadraginta marcas denariorum Pruthenicalium se extendunt, nos molendinum ipsum cum spacio fossato et sepi incluso et circumdato Henrico, molendinario nostro, et suis heredibus in perpetuum liberaliter contulimus et tenore presencium conferimus hereditario iure pacifice possidendum. Ita sane, quod idem Henricus et sui heredes de dicto molendino pro censu et nomine census tres marcas denariorum usualium in festo beati Martini singulis annis nobis et nostris successoribus in perpetuum dare et solvere teneantur. Si vero processu temporis predictum molendinum ex vetustate, ventorum inpulsione, incendio aut alio modo vel infortunio quocunque in toto vel in parte deperire contingerit, quod absit, prefatus Henricus et sui heredes molendinum ipsum reedificare et reformare debent suis laboribus et expensis et pro reformacione seu reedificacione huiusmodi ligna cedendi in nostris nemoribus ipsis ad hoc necessaria dummodo petita et obtenta licencia ex gracia concedimus speciali. Eo eciam expresse addito et condicto, quod, si dictus Henricus et sui heredes prefatum molendinum reedificare aut reformare non curaverint vel neglexerint, nichilominus censum predictum de loco molendini ipsius nobis et nostris successoribus in festo sancti Martini singulis annis, ut premittitur, sine diminucione qualibet dare et solvere sint astricti. In cuius rei testimonium et evidenciam plenioram presentem litteram dedimus nostri sigilli appensione munitam. Presentibus fratre Iohanne quondam preposito fratre Helmico canonicis nostris fratre Iohanne Boemo advocato nostro fratre Vlrico socio eius Iohanne notario nostro et quam pluribus aliis fide dignis. Datum VIII Kalendas Iulii anno domini M^oCC^o·XXXVII^o.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLIII^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

300.

1337. October 9. Fischhausen. Johannes, Bischof von Samland, entscheidet einen Erbschaftsstreit zwischen Samyle und Tuewike zu Gunsten des ersteren.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia^{a)} Sambiensis ecclesie episcopus, tenore presentium recognoscimus et ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod habita iam dudum quadam altricatione inter quosdam nostros et ecclesie nostre feudales,^{b)} videlicet inter Samyle^{c)} ac

a) dei gr. et ap. sed. prov. fehlt B. b) feudales B. c) Samile B. C. D.

consanguineos et amicos suos ex una, necnon Tuewike et fratres suos ex parte altera super quadam hereditate et iure maiori spectantibus ad quosdam quondam defunctos, quorum unus appellabatur Grauden,^a alter vero Schude^b Grauden^a prout partes ipse dicebant, una parte asserente ad se hereditatem ipsam cum iure maiori per obitum Grauden,^a altera vero in contrarium allegante per obitum Schude^b Grauden^a ad se pertinere debere. Nos intendentes reformationi altricationis huiusmodi et futuris altricationibus, quantum in nobis est, precavere volentes ideoque, ut reformatio ipsa salubrem sortiretur effectum, Powunden^c propria venimus in persona ibique feudales^d nostros et totum populum illius^e iurisdictionis una cum dictis partibus ad nostram mandavimus presentiam evocari. Quibus evocatis et coram nobis constitutis inter partes ipsas super hereditate et iure maiori predictis, in quibus utraque pars se ius habere dicebat, hinc inde diutius^f extitit litigatum. Demum, quia veritas plene de premissis nobis non constabat, commisimus dictis feodalibus^g nostris et populo ibidem presentibus in consciencias et eorum animas, ut diligenter et fideliter perquirerent et veritatem investigarent nobisque referrent, ad quam partem dictarum partium predicta hereditas cum iure maiori pertinere deberet. Qui feudales^d et populus predicti ad investigandam^h veritatem de premissis perscrutationem fecerunt inter eos a singulis diligentem. Quibus habitis dixerunt unanimiter et concorditer contestati fuerunt, predictam hereditatem cum iure maiori hereditario, super quibus inter partes predictas altricatio vertebatur, ad Schude Grauden,^a dum vixit, et non ad Tuewike Grauden^a pertinuisse pleno iure, et quod heredes et consanguinei Schude Grauden^a predicti in hereditate et iure maiori predictis succedere deberent eidem, qui etiamⁱ per plures annos a tempore mortis prefati Schude Grauden^a absque impedimento et impetitione alicuius fuerunt in possessione pacifica et adhuc sunt in corporali possessione premissorum. Unde, cum non debeamus alicui iusticiam denegare, precipue^k cum de veritate simus informati, iuxta relationem concordem feodaliū et populi predictorum nobis factam et ad Samyle^l et consanguineorum ac amicorum suorum predictorum^m instantiam diligentem pronunciamus et decernimus, hereditatem prefatam cum iure maiori, sicut Schude Grauden^a ea possidere consueverat, ad Samyle^l ac ipsius heredes et consanguineos pertinere de iure ipsique Samyle^l ac heredibus et consanguineis suis premissa omnia et singula sententialiter mediante iusticia adiudicavimus et presentibus adiudicamus iure hereditario perpetuo possidenda. Prefatoⁿ quoque Tuewike ac^o fratribus suis et heredibus necnon consanguineis eorum super impetitione hereditatis et iuris maioris premissorum perpetuum silentium imponimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorum sigillum nostrum presentibus est appensum.^p Datum in Bischoehusen^q Anno domini Millesimo. CCC.^{mo} tricesimo septimo VII Idus Octobris.^r Presentibus honorabilibus et religiosis viris dominis Iacobo preposito Iohanne quondam preposito Rudin-

a) Grawden B. Granden D. b) Schudie C. D. c) Pownden A. d) feudales B. e) nostre B. C. D. f) diutius *fehlt* B. g) feodalibus B. h) investigandum A. i) etiam *fehlt* A. k) maxime B. C. l) Samile B. C. D. m) predictorum *fehlt* A. n) prefatis B. C. D. o) ac *fehlt* B. C. D. p) A *bietet an Stelle dieses Satzes nur*: In cuius rei etc. q) in castro nostro Vischusen B. C. D. r) Nouembris A.

ghero^a plebano in Kungisbere^b et Helmico canonicis ecclesie nostre Sambiensis^c Iohanne de Bohemia^d advocato nostro Vlrico socio eius Iohanne^e et Arnoldo notariis nostris^f testibus ad premissa vocatis et rogatis.

a) Rudigero B. Rudingero C. b) Konigesberg B. Konigisberg C. D. c) canonicis nostris A. d) Boemia B. e) Vlrico suo socio nec non Iohanne B. C. D. f) nostris *fehlt* A.

Abschriften in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLV^o mit der Ueberschrift: Littera Samyle et heredum ac consanguineorum suorum (A), in dem Handfestenbuch nr. 7 fol. 107^r (B), in den Privil. d. Bisth. Samland A (A 200) fol. CII^r (C) u. B. (A 201) K.-A. Powunden fol. XXIII^o (D) mit der Ueberschrift: Littera concordie Samile etc. et Schudie.

301.

1337. December 4. o. O. *Jacob, Propst, und das Domkapitel von Samland gestatten, dass ihre Lehnsleute Clussyte und Grande 2 Haken bei Wangnicken (Wangnyken)¹⁾ für 2 Haken bei Tromitten (Trumyten)²⁾ von Lubbert eintauschen und geben ihnen über dieselben eine Verschreibung. Sie erhalten sie mit denselben Gerechtigkeiten an Wäldern, Wiesen und Weiden, wie L. sie gehabt, und haben dafür Dienst zu Ross bei Kriegsreisen und Burgwerk zu leisten. Ihr Wergeld wird auf 16 Mark festgesetzt. Ohne Zeugen. Datum et actum Anno domini M^o·CCC^o·XXXVII^o in die Beate Barbare virginis et martiris.*

libet rusticalibus oneribus liberos, cum iudiciis majoribus et minoribus, que in bonis eisdem ab eorum incolis contingunt, libere ac pacifice possidendos. Ita sane, quod idem Ertmannus et eius fratres ac eorum heredes in perpetuum de predictis bonis cum equo et armis secundum terre consuetudinem et ad edificaciones castrorum seu municionum, quandocunque requisiti fuerint, nobis et nostris successoribus ac ecclesie nostre servire fideliter teneantur. In recognitionem quoque domini singulis annis in festo beati Martini unum talentum cere, quod vulgaliter marcphunt dicitur, et unum denarium Coloniensem aut pro eo quinque denarios Prutenicales exhibere et presentare nobis nostrisque successoribus sint astricti. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium presentem litteram dedimus nostri sigilli appensione munitam. (*Dieselben Zeugen wie in nr. 324*). Datum III^o Nonas Iulii anno domini M · CCC · XLII^o.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LVI^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

327.

1342. Juli 26. Fischhausen. *Johannes, Bischof von Samland, transsumirt die Urkunde nr. 315 B.*

In nomine domini amen. Noverint universi presens scriptum seu instrumentum publicum inspecturi, quod venerabilis in Christo pater, dominus Iohannes, Sambiensis ecclesie episcopus, quandam literam patentem quinque sigillis pendentibus sigillatam, quorum primum fuit sigillum reverendi in Christo . . magistri generalis ordinis domus Theutonice, secundum venerabilis patris, domini Iohannis, Sambiensis ecclesie episcopi, tertium venerabilis patris, domini Hermanni, episcopi Warmiensis ecclesie, quartum . . capituli ecclesie Sambiensis, quintum vero Warmiensis ecclesie capituli, in presencia testium subscriptorum michi . . notario infrascripto exhibuit transcribendam. Cuius tenor sequitur in hec verba:

Es folgt nr. 315 B.

Facta autem fuit exhibitio et transcriptio litere supradicte in castro episcopali Sambiensis ecclesie Bischoueshusen nominato Indictione X · die XXVI Iulii · Anno domini a natiuitate M · CCC · XLII^o · presentibus honorabilibus ac religiosis viris dominis fratre Iohanne fratre Zacharia et fratre Helmico canonicis ecclesie Sambiensis et aliis fide dignis. Ad maiorem autem premissorum evidenciam nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, ac . . capitulum ecclesie eiusdem nostra sigilla huic instrumento ex certa sciencia duximus appendenda.

Es folgen das Zeichen und die Unterschrift des Notars Johannes Henrici dictus de Sunneborn.

Original auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg mit den wohl erhaltenen Siegeln des Bischofs und des Domkapitels, von denen das erstere mit dem an nr. 223, das letztere mit dem an nr. 292 befindlichen übereinstimmt — Gebser u. Hagen, Dom zu Kgsbg. I. S. 96.

328.

1342. October 28. Marienburg. Hochmeister Ludolf König legt einen Grenzstreit zwischen dem Kloster Pelplin und den Ordenshäusern Meuwe und Engelsburg bei. Datum et actum in Marienburg Anno domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo secundo die Symonis et Iude apostolorum beatorum.

Unter den Zeugen: Dominus Hinricus Sambiensis ecclesie canonicus, cappellanus noster.

Original im Staats-Archiv zu Königsberg. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 28.

329.

1342. October 31. Marienburg. Hochmeister Ludolf König erneuert und bestätigt die Privilegien des Klosters Oliva. Datum et actum in Marienburg anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo secundo in vigilia omnium sanctorum.

Unter den Zeugen: Dominus Henricus Zambiensis ecclesie canonicus, capellanus noster.

Cod. dipl. Poloniae ed. Rzyszczewski et Muczowski Tom. II. Pars 2. nr. 491.

330.

1342. December 8. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt Hermann, dem Schwiegersohn des Johann aus Liefland, des Krügers in Thierenberg, Krug und Mühle daselbst, welche dieser und nach seinem Tode seine Wittve und Erben gegen einen jährlichen Zins von 4 Mark und 30 Hühnern innegehabt, und ermässigt dem H. aus besonderer Gnade den Zins für seine Lebenszeit auf 2 Mark und 30 Hühner, fällig am Tage Mariae Reinigung, und zwar 1 Mark für die Mühle, 1 Mark für den Krug und 30 Hühner für beide. Seine Erben resp. Besitznachfolger haben den Zins wieder in alter Höhe, nämlich 2 Mark für die Mühle, 2 Mark für den Krug und 30 Hühner für beide zu entrichten. Datum $\overline{\text{VI}}$ Idus Decembris anno domini $\overline{\text{M}} \cdot \overline{\text{CCC}} \cdot \overline{\text{XLII}}$. Presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris Iohanne de Tirberg notario nostro Meynekone capellano nostro et aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LVII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

331.

1342. o. T. Marienburg. Hochmeister Ludolf König bestätigt den von Dietrich von Altenburg am 22. August 1337 mit dem Kloster Oliva über Grenzen, Fischerei und Gerichtswesen geschlossenen Vergleich. Data in castro Mergenburc Anno domini $\overline{\text{M}} \cdot \overline{\text{CCC}} \cdot \overline{\text{XLII}}$.

Unter den Zeugen: Dominus Henricus canonicus ecclesie Zambiensis, capellanus noster.

Original im Staats-Archiv zu Königsberg. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 29.

332.

1342. o. T. u. O. *Jacob, Probst, und das Domkapitel von Samland bewilligen dem Slowothon jährlich 2 Mark für seine Ausrüstung und einen Schildträger bei Heerfahrten.*

Nos frater Iacobus, prepositus, frater Petrus, decanus, ceterique canonici ecclesie Sambiensis coram singulis et universis publice profiteamur in hiis scriptis, quod de speciali gracia et favore strenuo et honesto viro, domino Slowothon, militi nostro subdito fideli, ad tempora vite sue sibi soli et non alicui successorum suorum seu heredum singulis annis tempore, quo custodiales colliguntur, duas marcas Pruthenicales sumus daturi, ut milicie habitum eo decencius et honestius possit exercere. Insuper unum rusticum propter honestatem suam sibi tamen^a et non cuiquam suorum successorum generose concedimus, qui clipeum suum in expeditionibus ducet ad tempora sue vite. Datum anno dominice incarnationis M · CCC · XLII ·

a) tamen ausgelassen und am Rande nachgetragen.

Abschrift in den Handfesten des Bisthums Samland A 199 fol. XXXV^r. — Durchstrichen.

333.

1343. Januar 24. o. O. *Johannes, Bischof von Samland, verleiht seinem Kämmerer in Powunden, Peter, zehn Hufen unbebauten Landes, gelegen zwischen den Dörfern Wiskiauten (Autekaym), Bledau (Billedow) und Kiauten (Kewten) zu erblichem Besitz. Vom kommenden Martinstage ab hat er für die nächsten Jahre 5 Mark und 20 Hühner, sobald das Land gerodet und vermessen ist, von der sich dann ergebenden Hufenzahl 1/2 Mark und 2 Hühner pro Hufe als jährlichen Zins zu entrichten. Datum et actum Anno domini M · CCC · XLIII · sexta feria ante conversionem beati Pauli apostoli. Presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris Iohanne Boemo advocato nostro fratre Iohanne de Lonsteyn socio ejus Iohanne de Tirberg notario nostro et aliis fide dignis.*

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LVII^o im Staats-Archiv zu Königsberg. — Die Randnotiz „Nyskirden“ macht es wahrscheinlich, dass das verliehene Land bei Nuskern (Kirchspiel Laptau) lag.

334.

1343. Juni 27. o. O. *Johannes, Bischof von Samland, verschreibt den Brüdern Pobraw, Keko und Kattinto zwei bei Thierenberg an der Germauer Grenze liegende Hufen Land, welche in landesüblicher Weise vermessen werden sollen, zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von 1/2 Mark pro Hufe zu Martini. Datum V Kalendas Iulii anno domini M · CCC · XLIII · presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris fratre Iohanne de Lonsteyn advocato nostro Iohanne de Tirberg notario nostro et aliis fide dignis.*

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LVIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

335.

1343. Juni 27. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt dem Gnaysot 2 noch zu vermessende Hufen Land ville nostre Tirberg contiguos versus graniciam inter bona nostra et territorii Girmow sitos. Zins, Zeugen und Datum übereinstimmend mit nr. 334.

Original auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg. An Pergamentstreifen hängt das Siegel des Bischofs in rothem Wachs, übereinstimmend mit dem an nr. 223 befindlichen. Ebenda mehrere Abschriften, deren eine, enthalten in den Privil. d. Bisth. Samland A (A 200) fol. XXV^r, die Ueberschrift: Littera Suntlaucken hat. Das verliehene Land lag also bei dem untergegangenen Dorfe Sandlaucken resp. Sundlaucken. Vgl. nr. 270 Anm. 27.

336.

1343. Juni 28. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verschreibt den Preussen Stroyte, Queypodinx, Bygune, Nakay und Kûnad 6 Haken Land bei Romehnen.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, recognoscimus tenore presencium et notum facimus omnibus, presentibus et futuris hanc paginam inspecturis, quod tres uncas ab antiquo liberos, sitos in campis ville Romayn, cum pratis, pascuis, nemoribus et aliis suis pertinenciis, ab omni onere rusticali liberos, Stroyten, Queypodinx, Bygune, Nakay et Kûnad, consanguineis, et eorum heredibus contulimus et tenore presencium conferimus libere ac pacifice possidendos, ita sane quod iidem consanguinei et eorum heredes de eisdem uncis cum equo et armis secundum terre consuetudinem ad expediciones et terre defensiones, ad edificaciones castro- rum seu municionum, quandocunque requisiti fuerint, nobis et ecclesie nostre servire fide- liter teneantur. In recognitionem quoque domini unam libram cere, que marcphunt nomi- natur, et unum denarium Coloniensem aut pro eo quinque denarios usuales singulis annis in festo beati Martini nobis et nostris successoribus dare et exhibere perpetuo teneantur. Item contulimus et presencium tenore conferimus consanguineis antedictis et eorum heredibus in eadem villa Romayn tres uncas, predictis uncis contiguos, cum omnibus suis pertinenciis hereditario iure perpetuo possidendos tali condicione adiecta, quod ipsi et eorum heredes de dictis tribus uncis tres marcas denariorum usualium pro censu et nomine census nobis nostrisque successoribus in perpetuum singulis annis in festo beati Martini episcopi dare et solvere teneantur. In cuius rei testimonium presentem dedimus litteram sigilli nostri appensione munitam, presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris, fratre Iohanne de Lonsteyn advocato nostro, Iohanne de Tirberg notario nostro et aliis quam pluri- bus. Datum III^o Kalendas Iulii Anno domini a natiuitate M^o·CCC^o·XLIII^o.

Original auf Pergament im Staats-Archiv zu Königsberg, an Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene Siegel des Bischofs in rothem Wachs, übereinstimmend mit dem an nr. 223 befindlichen. Ebenda mehrere Ab- schriften. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 42.

337.

1343. August 19. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verleiht dem Tolken (Dolmetscher) Heinrich und seinen Erben wegen seiner treuen ihm und seinen Vögten geleisteten Dienste 3 der Kirche heimgefallene zins- und scharwerksfreie Haken, gelegen im Kammeramt Medenau im Felde Pollwitten (Palabiten), nebst allem Zubehör und den Erträgen der hohen und niedern Gerichtsbarkeit über die Einwohner derselben. H. und seine Erben sind zum Dienst zu Ross bei Kriegsreisen, Landesvertheidigung und beim Bau von Burgen und Befestigungen verpflichtet. Sie haben ferner eine Recognition von 1 Markpfund Wachs und 1 köln. oder 5 preuss. Pfennigen jährlich zu Martini zu entrichten. Eo etiam adjecto, si ipsum Henricum aut aliquem de suis heredibus occidi contingeret, quod absit, quod ex tunc huiusmodi iudicium secundum communem consuetudinem feodaliū terre simile ius habencium firmiter observetur. Concedimus insuper eidem Henrico ex gracia speciali, ut, si ipsum sine heredibus ab hac luce decedere contingeret, ex tunc Metza, eius conjux legitima, dictos tres uncōs libere possideat temporibus vite sue, et ipsa defuncta sine heredibus a prefato Henrico procreatis memorati tres unci cum suis pertenciis ad nostram ecclesiam libere revertentur. . . Datum XIII Kalendas Septembris anno domini M. CCC. XLIII. presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris fratre Iohanne de Lonsteyn advocato nostro fratre Alberto de Quernvord socio suo Iohanne notario nostro et aliis fide dignis.

Abchrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LVIII^o im Staats-Archiv zu Königsberg. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. V. nr. 9.

338.

1343. August 19. o. O. Johannes, Bischof von Samland, belehnt Ertmann und seine Brüder, die Söhne des Gaudike, den Tolken Heinrich und Johannes, Michael, Matthias und Jacob, die Söhne des Thomas Wissegaudine, mit 15 im Kammeramt Medenau bei Pollwitten gelegenen Haken.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, recognoscimus tenore presencium et notum facimus universis presentibus et futuris hanc litteram inspecturis, quod, cum super bonis feodalibus ab antiquo liberis in territorio nostro Medenow in campo Palabiten intra limites seu granicias Hertwici de Medenow et Senketen ac suorum fratrum ex una parte et limites sive granicias illorum de Kandeyn, feodaliū nostrorum, ex alia parte sitis et distinctis controversia ac dissensionis materia coram nobis sepius moveretur, quarum occasione crebris inpeticionibus et inportunis clamoribus urgebatur, et licet pars dictorum bonorum ad nos ac nostram ecclesiam esset legitime devoluta eo, quod quidam possessores eorundem ab aliis suis divisi coheredibus sine liberis et heredibus decesserunt, tamen partem ipsam bonorum iam dictorum ex ipsa devolucione nos contingentem exigere, recipere aut reservare minime reputamus. Sed reformacioni pacis et concordie comodisque subditorum nostrorum ubilibet intendentes omnibus quoque dicta bona iniuste et illicite inpetentibus perpetuum

silencium inponentes, memorata bona omnia et singula sub numero quindecim uncorum estimata in quinque partes equaliter distingui fecimus, quarum primam partem sub numero trium uncorum donavimus, contulimus et assignavimus Ertmanno et fratribus suis, filiis Gaudiken, et eorum heredibus,¹⁾ secundam vero partem similiter sub numero trium uncorum contulimus et assignavimus Henrico, interpreti nostro, et suis heredibus pacifice possidendam, prout in eorum litteris per nos desuper sibi datis plenius continetur.²⁾ Reliquas autem tres partes sub numero novem uncorum bonorum eorundem ab omnibus oneribus rusticalibus libere ac pacifice perpetuo possidendas cum pratis, pascuis, nemoribus et aliis suis pertinentiis necnon iudiciis maioribus et minoribus, que in bonis ipsis ab eorum incolis contingunt, Iohanni · Michaeli · Mathie et Iacobo fratribus, filiis quondam Thome Wissegauinen, et eorum heredibus in perpetuum contulimus et conferimus in hiis scriptis. Tali condicione adiecta, quod predicti fratres et eorum heredes de dictis bonis cum equo et armis secundum terre consuetudinem ad expeditiones et terre defensiones ac edificaciones castrorum seu munionum, quandocunque fuerint requisiti, nobis et ecclesie nostre servire fideliter teneantur. In recognitionem quoque dominii unam libram cere, que marephunt dicitur, et unum denarium Coloniensem aut pro eo quinque denarios Prutenicales singulis annis in festo beati Martini nobis et nostris successoribus exhibere perpetuo sint astricti. In cuius rei testimonium presentem dedimus litteram nostri sigilli appensione munitam. Datum XIII^o Kalendas Septembris Anno domini M · CCC · XLIII · presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris fratre Iohanne de Lonsteyn advocato nostro fratre Alberto de Quernvord socio eius Iohanne notario nostro et aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LIX^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

339.

1343. December 19. o. O. Johannes, Bischof von Samland, bestimmt mit Zustimmung seines Domkapitels, dass Sophia und Alheidis, Aufseherinnen im bischöflichen Viehhof, bis an ihr Lebensende daselbst Nahrung, Kleidung und nöthigen Falls auch Bedienung erhalten sollen.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, omnibus hanc litteram intuentibus volumus esse notum, quod attendentes gracia utilia et diutina fidelitatis obsequia, que nobis et ecclesie nostre Sophia et Alheidis, mulieres in curia nostra pecorum, a multis retroactis temporibus diligenter exhibuerunt et volente domino devocius exhibere poterunt in futurum, de consilio, consensu et voluntate unanimi nostri capituli ex favore et gracia speciali dictis mulieribus

¹⁾ Vgl. nr. 326.

²⁾ Vgl. nr. 337.

concedimus et donamus, ut in eadem curia nostra pecorum sub victu et vestitu ipsis necessario et hactenus consueto debeant et valeant, quoad vixerint, iugiter permanere. Eo eciam adjecto, quod, si predictae mulieres Sophia et Alheidis vel altera ipsarum procedente tempore ad tantam invaliditatem corporis iubente domino pervenirent, quod senio vel infirmitate gravate predictae curie familie ac pecoribus, sicut consueverunt, preesse non possent, nichilominus absque ulla amotione in eadem curia permaneant ac victus et vestitus sui necessaria percipiant, sicut prius percipere consueverunt, ipsisque una famula servanda deputetur, que eis cum diligencia servat et fideliter ministret, prout eis vel alteri ipsarum opus fuerit pro toto tempore vite sue. Ut autem hec nostra donacio firma et inviolabilis perseveret, presentem litteram desuper dedimus nostro ac capituli nostri sigillis firmiter communitam. Et nos frater Iacobus, prepositus, totumque capitulum predictae Sambiensis ecclesie recognoscimus predictam donacionis gratiam per venerabilem in Christo patrem, dominum nostrum, dominum Iohannem, Sambiensem episcopum, memoratis mulieribus Alheidi et Sophie de nostro consilio, consensu et voluntate unanimi esse factam, ipsamque, quantumcunque in nobis est, approbamus et ratificamus et ad majorem huius rei evidenciam sigillum nostri capituli presentibus duximus appendendum. Actum et datum XIII^o Kalendas Ianuarii anno domini M̄ · CCCC · XLIII · presentibus fratre Iohanne de Lonsteyn advocato nostro fratre Alberto de Quernvort socio eius Iohanne notario curie nostre Iacobo camerario nostro et aliis quampluribus fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LX^r in Staats-Archiv zu Königsberg.

340.

1343. December 19. o. O. Johannes, Bischof von Samland, verleiht Eytike, seinem ehemaligen Kämmerer in Powunden, 2 Haken bei Mollehen (Moleynen) zu Erbrecht.¹⁾ Für den einen, der zins- und scharwerksfrei ist, hat er zu Ross mit den landesüblichen Waffen bei Heerfahrten und dem Bau von Burgen und Befestigungen zu dienen und eine Recognition von 1 Markpfund Wachs und 1 köln. oder 5 preuss. Pfennigen zu entrichten. Für den andern hat er einen jährlichen Zins von 3 Firdung zu Martini zu zahlen. Actum et datum XIII^o Kalendas Ianuarii anno M̄ · CCCC · XLIII · presentibus fratre Iohanne et fratre Helmico canonicis nostris fratre Iohanne advocato nostro Alberto socio eius Iohanne notario nostro et aliis fide dignis.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LX^v in Staats-Archiv zu Königsberg.

341.

1343. December 19. o. O. Johannes, Bischof von Samland, giebt den Brüdern Gedawte und Panöte eine Verschreibung über den erblichen Besitz eines Hakens bei Mollehen (Moleyne) im

¹⁾ Vgl. nr. 296.

Kammeramt Powunden, wofür sie einen jährlichen Zins von 3 Firdung zu Martini zu entrichten haben. Cetera (d. h. Zeugen u. Datum) sicut in littera Eytiken proxima precedente.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LXI^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

342.

1343. December 19. o. O. *Johannes, Bischof von Samland, giebt Tideko, dem Sohne des verstorbenen Krügers Heyso welchem letzteren er den Krug in der Lischke (in preurbio) des Schlosses Powunden zu Erbrecht verliehen hatte, auf seine Bitte eine neue Verschreibung, da die alte ihm zu Königsberg gelegentlich eines Brandes verloren gegangen (asserens, se litteram super eadem taberna collatam per incendium, quod in civitate Kungisberg contigit, amisisse). T. erhält den Krug zu Erbrecht gegen einen jährlichen Zins von 2 Mark zu Martini. Videlicet quod nullus in dicto preurbio sive castro nostro Povunden aliquem potum in eorum prejudicium vendere aut propinare debeat, hiis dumtaxat exceptis, quibus hoc a nobis aut nostris predecessoribus est indultum. Bezüglich der Zeugen und des Datums wird auf nr. 341 verwiesen.*

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LXI^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

343.

1344. April 25. o. O. *Johannes, Bischof von Samland, verschreibt Senkete, dem Sohn des Predesse, und seiner Gattin Clara 11 Morgen Ackerland bei Pollwitten.*

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, tenore presencium recognoscimus et notum facimus omnibus moderni temporis et futuri hanc litteram inspecturis vel eciam auditoris, quod, attendentes fidem puram multaue grata et utilia fidelitatis obsequia nobis et ecclesie nostre ac christi-anitati per Predessen et eius progenitores, nobiles feudales ecclesie, a primeva conversione et locacione terre diligenter inpena, Senketen, filio eiusdem Predessen legitimo, et Clare, eius legitime coniugi, ac eorum heredibus legitimis utriusque sexus de consensu, consilio et voluntate nostri capituli contulimus, conferimus et donamus in campo Palabiten nominato in territorio nostro Medenow undecim iugera terre arabilis, bonis suis paternis adiacencia, sita in terminis et limitibus infrascriptis, a censu et omni servili onere libera iure hereditario perpetuo possidenda. Quorum primus limes sive granicia est palus magnus in monte fixus in fine bonorum suorum paternorum, de quo procedendum est versus occidentes usque ad alium palum tunc positum, de quo directe eundum est ad aliam graniciam iuxta pratium ex opposito curie Predessen memorati. Abinde redeundo ad primam graniciam in monte positam, ut premittitur, et signatam. Super hiis quoque undecim iugeribus et aliis bonis omnibus quibuscunque ex successione hereditaria devolutis, vel si que devolverentur in posterum ad eosdem, memorato Senketen et Clare, eius

uxori legitime, et eorum heredibus utriusque sexus ab eisdem legitime procreatis plenum ius Culmense tribuimus, conferimus et donamus in perpetuum quiete ac pacifice possidendum. Ad maiorem autem huius rei evidenciam et robur perpetue firmitatis presentem litteram desuper conscriptam nostro ac capituli nostri sigillis dedimus communitam. Testes huius sunt frater Iacobus prepositus · frater Iohannes olim prepositus · frater Rudegerus plebanus in Kungisberg · et frater Helmicus · canonici ecclesie Sambiensis · frater Iohannes de Lonsteyn advocatus noster · frater Albertus de Quernvort socius eiusdem advocati · Iohannes de Tirberg plebanus nostre diocesis et alii quamplures fide digni. Actum et datum anno domini M̄ · CCCC · XLIII · VII Kalendas Maii.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LXI^o im Staats-Archiv zu Königsberg mit der Ueberschrift: Litera Senketen camerarii nostri in Tirberg et in Rynow. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 44.

344.

1344. April 25. o. O. *Johannes, Bischof von Samland, bestätigt mit Zustimmung seines Domkapitels einen zwischen den Brüdern Senkete und Norune und deren Neffen Friedrich und Hertwich von Medenau im Gebiete von Medenau (bei Schwitten) vollzogenen Gütertausch, ferner den Kauf von zwei dem Peter Wissegaudine gehörigen Haken durch die ersteren und erneuert die Belehnung.*

In nomine domini amen. Quoniam ex scripturarum apicibus proborumque testimonio virorum hominum gesta preterita ad cognicionem presencium atque ad noticiam deveniunt futurorum, hinc est quod nos, frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, recognoscimus tenore presencium et notum facimus universis presentibus et futuris hanc litteram visuris vel eciam auditoris, quod, cum Senkete, Norune, fratres, filii quondam Predessen de Medenow, feudalis nostre ecclesie, et Fridericus, filius quondam Erwideten,^a fratris eorundem, ac eorum progenitores a primeva conversione et locacione terre bona quedam ab omni servili et onere rusticali libera in territorio nostro Medenow certis distincta limitibus cum iudiciis maioribus et minoribus in eisdem^b bonis et hominibus commorantibus in ipsis, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis titulo feudi et iure hereditario, prout ex eorum patentibus et autenticis litteris evidenter didicimus¹⁾, quiete ac pacifice possedissent, facta itaque de nostro consensu et voluntate cum Hertwico de Medenow,¹⁾ feudali ecclesie nostre, de bonis eorum hinc inde equanimiter liberis commutatione rationabili, predicti fratres et eorum nepos Fridericus antedictus de voluntate similiter et consensu nostro duos uncas simili iure liberos ab antiquo bonis eorum vicinos et contiguos aput Petrum Wissegaudinen,^c bone memorie quondam feudalem ecclesie nostre, et eius heredes

Erwedethen B. Erwedeten C. b) eiusdem A. c) Wissegaudenen B. Wissegawden C

¹⁾ Vgl. nr. 307 u. 343.

emissent et comparassent rite et racionabiliter iustis empconis et vendicionis intervenientibus titulis pro certa pecunie quantitate, tandem Senkete, Norune et Fridericus memorati ad nostram venientes presenciam nobis devote et humiliter supplicarunt, quatenus super permutacionis et empconis ratihabicione ac distinctione seu limitacione bonorum suorum predictorum nostras litteras de novo concedere dignaremur eisdem. Nos itaque iustis eorum supplicacionibus inclinati bona prenarrata omnia et singula per fratrem Iohannem Boemum, tunc advocatum nostrum, simul includi et limitari fecimus certis limitibus et distinctionibus infrascriptis. Primus limes sive granicia est palus magnus iuxta villam nostram Scuditen^a nominatam prope viam, que de ipsa villa ducit versus Kungisberg, a quo procedendum est in eadem via usque ad alium palum tunc fixum et signatum, abinde divertendum est ab ipsa via ad graniciam stantem inter bona plebani et Hertwici de Medenow. Deinde aliquantulum declinando redeundum est ad aliam graniciam locatam iuxta viam ipsam et in eadem via procedendo usque Kungisberg usque ad graniciam, que sita est inter bona Hertwici de Medenow et Wissegaudinen, a qua tunc directe eundum est versus occidentem pluribus graniciis intermediis usque ad palum in monte fixum, a quo directe descendendo usque ad palum ex opposito curie ipsorum positum iuxta pratium, et tunc eundum est per transversum prati ipsius et aque in medio decurrentis usque ad alium palum fixum in bonis Petri Wissegaudine^b memorati. Ab hoc palo eundum est aliquantulum quasi circulariter usque ad palum fixum iuxta fossatum, deinde redeundum est inter bona predicta et villanorum de Scuditen^a per quasdam semitas non directe procedentes, sed tamen distinctiones agrorum ipsorum hinc inde demonstrantes usque ad primam graniciam iuxta viam et villam Scuditen^a supradictam. Attendentes eciam fidem puram patris et progenitorum fratrum predictorum, quam tempore apostasie semper immobilem servaverunt christiane religioni fideliter adherendo, multa que grata fidelitatis obsequia nobis et nostre ecclesie per ipsos dudum exhibita dictaque bona non de novo infeudantes, sed feudum ipsorum per nostros predecessores ipsis collatum hactenus innovantes de voluntate, consensu et consilio^c nostri capituli Senketen, Norunen et Friderico supradictis et eorum heredibus ac successoribus legitimis concedimus, admittimus et indulgemus, ut bona predicta omnia et singula memoratis limitibus seu graniciis inclusa ab omnibus rusticalibus oneribus libera cum omnibus iuribus et pertinenciis suis necnon iudiciis maioribus et minoribus ac pascuis communibus et sectura lignorum cum villis nostris adjacentibus, videlicet Impteniten^d, Scuditen^e et Powaygen^f), sicut habuerunt ab antiquo, sic in posterum titulo feudi ac iure hereditario in perpetuum quiete possideant ac pacifice teneant et reservent. Ita sane ut ad terre defensiones et expeditiones, castrorum seu municionum edificaciones et alias, ubi eorum indiguerimus, cum equis et armis secun-

a) Schudithen B. Schuditten C. b) Wissegaudenen B. Wissegawden C. c) consilio et consilio A. d) Inprenithen B. Inpreyten C. e) fehlt B. C. f) Powayn B. C.

1) Powayen im Kirchspiel Medenau.

dum terre consuetudinem, quandocunque requisiti fuerint, nobis nostrisque successoribus et ecclesie nostre servire fideliter teneantur. In recognitionem quoque domini unam libram cere, que marcephunt vulgariter dicitur, et unum denarium Coloniensem aut pro eo quinque denarios Prutenicales singulis annis in festo sancti Martini episcopi et confessoris nobis et nostris successoribus dare et solvere sint astricti. Ut autem predictorum perhennis memoria iugiter perseveret, et ne memorati Senkete, Norune et Fridericus et eorum heredes ac successores legitimi in perpetuum in possessione bonorum predictorum et iurium eorundem inquietentur seu inpugnentur in posterum ab aliquo, super ipsis in testimonium et evidenciam firmiorem hanc litteram dedimus nostro ac capituli nostri sigillis firmiter communitam. Presentibus fratre Iacobo preposito fratre Iohanne quondam preposito fratre Helmico canonicis ecclesie nostre fratre Iohanne de Lonsteyn advocato nostro fratre Alberto de Quervort socio eiusdem advocati Hermanno cappellano et Iohanne de Tirberg notario nostro et aliis fide dignis. Actum et Datum anno domini M^o · CCCC · XLIIII · VII Kalendas Maii.

Abschriften in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LXII^r (A), in den Privil. d. Bisth. Samland A (A 200) fol. CLXX^o (B) u. B (A 201) K.-A. Medenau fol. XVIII^r (C) im Staats-Archiv zu Königsberg. A. hat die Ueberschrift: Littera Senketen et Norunen et Friderici filiorum et heredum Predessen quondam feodalis ecclesie, daneben steht am Rande von späterer Hand: Switthen; B. u. C. haben die Ueberschrift: Littera Switthen resp. Switte feodalis. Es handelt sich also um Land bei Schwitten. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 45.

345.

1344. Mai 16. Stargardt. Hochmeister Ludolf König verschreibt dem Thuleke 3 Hufen und 9 Morgen im Felde Trugenhoue.¹⁾ Datum et actum Stargarten anno domini Millesimo Trecentesimo quadagesimo quarto die dominica infra Octavas Ascensionis domini.

Unter den Zeugen: dominus Hinricus Sambiensis ecclesie canonicus, noster capellanus.

Original im Staats-Archiv zu Königsberg. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. III. nr. 46.

346.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, verleiht Ulrich den in der Nähe von Rudau neu errichteten Krug nebst 3 Hufen Land zu erblichem Besitz. Er hat einen Zins von 2 Mark für das Land am Feste Philippi und Jacobi und von 2 Mark und 30 Hühnern für den Krug zu Martini jährlich zu entrichten. Ohne Zeugen und Datum.

Abschrift mit mehreren Rasuren in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXXIX^o im Staats-Archiv zu Königsberg. — Rudau lag im Ordensgebiet nahe der Grenze, hart an derselben auf bischöflichem Gebiet hat vermuthlich der Krug gelegen.

¹⁾ Treughof (Klonowken), Kr. Pr. Stargardt. Vgl. L. Weber, Preussen vor 500 Jahren S. 375.

347.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, giebt Johannes, genannt Clar, aus Thorn und Burchard aus Neuendorf eine Verschreibung über einen Gemüsegarten bei Dargen, den sie von Tydiko, Bürger in Fischhausen, für fünf Mark gekauft haben.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes etc. recognoscimus, quod, cum Tydiko civis noster in Vischusin, de consensu suorum heredum hinnuletum situm circa villam Dargowayn,¹⁾ quod a nobis jure hereditario possederat, Iohanni, dicto Clar, de Thorun et Burchardo de Nova villa pro quinqué marcis denariorum usualium sibi totaliter persolutis iusticialiter vendidisset, idem Tydeko morbo lepre percussus per interpositas personas petens, vendicionem huiusmodi per nos approbari et ratificari, dictum hinnuletum cum litteris sibi ac suis heredibus desuper datis liberaliter resignavit. Nos itaque recepta resignatione huiusmodi predictum hinnuletum Iohanni et Burchardo predictis et eorum heredibus iure hereditario tenendum et possidendum contulimus et tenore presencium conferimus propriis ipsorum sumptibus et laboribus excolendum, ita tamen, ut Iohannes et Burchardus antedicti et eorum heredes eiusdem hinnuleti sive hinnuli omniumque aliorum fructuum vel utilitatum quorumcunque de ipso proveniencium pro sumptibus et laboribus ipsorum sibi reservent duas partes, terciam vero partem fructuum seu proventuum eorundem nobis et nostris successoribus singulis annis sue maturitatis tempore dare et presentare fideliter teneantur. In cuius . . .
Ohne Zeugen und Datum.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXIII^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

348.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, verleiht die bei dem Schlosse Powunden am Fliesse gelegene Mühle mit einem Rade nebst einer halben Hufe Land dem Heinrich, genannt Bremer, zu erblichem Besitz. Er hat dafür einen jährlichen Zins von 10 Scheffeln Weizen und 20 Scheffeln Gerste an den Bischofsvogt in Powunden und von 15 Hühnern an den Bischof in Fischhausen zu Michael zu entrichten und hat für ersteren nach Bedarf zu mahlen. Ohne Zeugen und Datum.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXIV^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

349.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, verleiht dem Nadrow aus Alexow²⁾ 12 Morgen Landes bei Medenau, die früher als bischöflicher Rossgarten gedient haben, zu erblichem Besitz gegen einen jährlichen, zu Martini zu entrichtenden Zins von 1 Mark preuss.

¹⁾ Dargen im Kirchspiel Fischhausen.

²⁾ Alexow ist wohl identisch mit dem in nr. 198 erwähnten, im Kirchspiel Medenau gelegenen campus Alxowe.

Pfennige. N. erhält ausserdem die Weiderechtigkeit auf der Gemeindeweide von Medenau. Ohne Zeugen und Datum.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXVI^r im Staats-Archiv zu Königsberg.

350.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, genehmigt und bestätigt den Verkauf eines Drittels der bei Wyrdegiten¹⁾ gelegenen Besitzung des Preussen Milgede aus Carnitten (Carnemiten) an den Preussen Stantico für 40 Mark unter der Bedingung, dass dieser auch den entsprechenden Antheil der dem Gute obliegenden Leistungen²⁾ übernimmt. Ohne Zeugen und Datum.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XLIX^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

351.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, überlässt Gaubin, der ihm seinen aus 4 bei Swanigeyten gelegenen Haken bestehenden Besitz als Busse für ein schweres Vergehen aufgelassen hat, einen Haken davon zu erblichem Besitz.

Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, tenore presencium recognoscimus, quod, cum Gaubin de Swanigeyten, feodalis ecclesie nostre, quendam excessum enormem perpetrasset, cuius iudicium ad sexaginta marcas denariorum usualium se extendebat, idem Gaubin ad emendam sive satisfactionem faciendam iuxta estimacionem predictam non sufficiens in nostra constitutus presencia nomine satisfactionis et emende huiusmodi quatuor uncas sitios in campis ville Swanieyten, quos ipse et sui progenitores ab antiquo liberos possederunt, cum omnibus suis pertinenciis in nostris manibus libere ac voluntarie resignavit supplicans humiliter et devote, ut in eisdem bonis gracionem sibi aliquam facere dignaremur. Nos resignacione huiusmodi facta predicti Gaubin et amicorum suorum pro ipso et cum ipso suplicantium precibus inclinati unum de predictis quatuor uncis eidem Gaubin et suis veris heredibus libere contulimus perpetuo possidendum, reliquis vero tribus uncis nobis et nostris successoribus penitus reservatis. Tali condicione adjecta, quod predictus Gaubin et sui heredes de dicto unco cum equo et armis secundum terre consuetudinem necnon ad edificacionem novorum castrorum seu municionum, quandocunque requisiti fuerint, fideliter teneantur. In cuius etc.

Ohne Zeugen und Datum.

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXIX^r im Staats-Archiv zu Königsberg mit der Ueberschrift: Littera Gaubin de Swanigeyten.

¹⁾ Heute Backeln im Kirchspiel Laptau. Vgl. nr. 201.

²⁾ Vgl. nr. 248.

352.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Johannes, Bischof von Samland, trennt durch richterlichen Spruch die Ehe des Schusters Peter und seiner Frau Gesa wegen erwiesenen Ehebruchs der letzteren.

In nomine domini amen. Nos frater Iohannes, dei gracia et apostolice sedis providencia Sambiensis ecclesie episcopus, iudex ordinarius in causa, que vertitur inter Petrum sutorem parte ex una et Gesam uxorem ipsius parte ex altera, auditis et diligenter examinatis hincinde in iudicio productis coram nobis, quia constitit et constat per probationes luce clariores et per famam probatam, prefatam Gesam fuisse et esse adulteram manifestam, et idem P. induci non possit ad reconciliandam sibi uxorem eandem, sed ipso cum instantia sententiam divorcii postulante: nos solum deum habentes pre oculis, ipsiusque nomine invocato, de consilio peritorum inter eos sententiam divorcii quoad thorum celebramus et ferimus in hiis scriptis utrique eorum continenciam vivente altero indicentes, et, ne ad secunda vota se transferant, nisi altero eorum mortuo, prohibemus. Datum etc. *Ohne Datum.*

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. XXXII^o im Staats-Archiv zu Königsberg mit der Ueberschrift: Sentencia divorcii super adulterio. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. V. nr. 2.

353.

(1319—1344) o. J. T. u. O. Notiz über zwei dem Sandinge aus Arissau gehörige Haken.

Notandum, quod Sandinge de Aresow¹⁾ duos habuit uncas, unum liberum et alium censualem, de quo solvit dimidiam marcam, et profugus factus ipsos uncas duobus annis incultos reliquit, nec censum nec servicium de ipsis exsolvit. Advocatus quoque delevit de tabulis triginta marcas, quas pro iudicio tenebatur. Item idem Sandinge de quodam furto sibi objecto non se expurgavit, ut debebat, unde advocatus dictos uncas quattuor villanis in Aresow colendos commisit pro decimis et servicio inde solvendis. Unde, si idem Sandinge dictos uncas repetere vellet successu temporis, ante omnia triginta marcas pro iudicio et unam marcam pro censu neglecto persolvere et se de furto expurgare debet. Que si compleverit, dictos duos uncas repetere poterit et rehabere. Super quibus habet litteram patentem sigillo domini Iohannis episcopi consignatam. *Ohne Datum.*

Abschrift in der Matricula Vischusiana (A 202) fol. LXX^o im Staats-Archiv zu Königsberg.

354.

(1332—1344) o. J. T. u. O. Johannes von Samland und einige andere Bischöfe ertheilen einen Indulgenzbrief für eine Kirche der heiligen Dorothea in der Diöcese Pomesanien.

Abschrift im Formelbuch der Pelpliner Seminarbibliothek VKb 14 fol. 11—12. — Urkdb. d. Bisth. Culm I. nr. 246, mit Angaben über das Datum.

Bischof Johannes Clare starb am 5. Mai 1344 (vgl. Ss. rer. Warmiensium I. S. 294) und liegt im Dom zu Königsberg begraben. Von der Inschrift des Leichensteins lässt sich nur

¹⁾ *Arissau im Kirchspiel Thierenberg.*

noch folgendes entziffern: TRECENTIS MILLE QVADR — ARTO ILLE P̄SVL IOH̄ES P̄PAR — HOCCE — — QVE FVIT IST — POLICA F̄VDIT ĒCCA Q̄VE PTEGE VGO MARIA. Vgl. Gebser u. Hagen, Dom zu Kysbg. I. S. 101. II. S. 270 u. 369 u. Atlas Taf. 2.

355.

1344. Juni 28. Fischhausen. Johann von Lonstein, Bischofsvogt von Samland, verleiht mit Zustimmung des Domherrn Bartholomaeus den beiden Brüderpaaren Nastome und Kunz, Gripsius und Degune aus Cojehnen das zum Kammeramt Rinow gehörige, früher von Steynegaude besessene, Land zu erblichem Besitz.

Nos frater Iohannes de Laensteyn, ecclesie Sambiensis advocatus, recognoscimus ac notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris presentem litteram inspecturis, quod de consilio et voluntate domini Bartholomei, eiusdem ecclesie canonici ac provisoris domus Fischhusen^a, Nastomen et Cuntzen^b, germanis^c fratribus de villa Cugen^d 1), Gripsio et Degune, germanis fratribus ibidem, necnon omnibus eorum heredibus campum et agrum, qui ad cameratum Rinow^e pertinebat, prout antea [a]^f Steynegaude possessus est, ab omnibus serviciis, expeditionibus et pecunia custodialium liberos, nisi universitas terre communiter fuerit edicata, extunc virum unum ex dicto agro sunt emissuri, contulimus perpetue possidendum. Ita sane quod predicti IIII^{or} viri et eorum heredes singulis annis novem marcas denariorum usualium, videlicet in festo beate Walburgis virginis quintam dimidiam marcam et in festo beati Martini episcopi quintam dimidiam marcam, pro censu et nomine census dare et solvere teneantur. Et si post temporis elapsam aliquis episcoporum camerarium unum aut aliquem alium, qui medonem suum laxaret et regeret, supra predictum campum aut agrum locare vellet, ex tunc predicti viri et eorum heredes cedere debent campo, et structure domorum in tali forma et valore, prout ipsis designate et presentate fuerant, per eos et eorum heredes in dicto campo relinquenter contradiccione qualibet non obstante. Ea propter prenominate viris et eorum heredibus duos uncas in villa Canyon^g, quos ab antiquo possessi sunt, sub serviciis et oneribus rusticalibus secundum morem et consuetudinem aliorum rusticorum possidere presentibus indulgemus. Preterea predictis quattuor viris et eorum heredibus prerogativam pacis damus, quod, si eos ab aliquo racione predicti agri occidi contigerit^h, quod absit, iudicium huiusmodi ad triginta marcas denariorum se extendat. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Fischusen Anno domini M.^o tricentesimo XL^{mo} quarto in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

a) Fischhawszen B. b) Contzen B. c) germanibus A. B. d) Cogen B. e) Rynaw B. f) a fehlt A. B. g) Canyon B. h) contingerit A. B.

Abschrift in den Privil. d. Bisthums Samland A (A 200) fol XI^r (A) und B (A 201) K.-A. Thierenberg fol. VII^o (B) im Staats-Archiv zu Königsberg, beide mit der Ueberschrift: Littera antiqui cameratus Rinow Syxdenyken. Das verliehene Land lag also bei Siegesdicken im Kirchspiel Cumehnen.

1) Cojehnen im Kirchspiel Thierenberg.

Druckfehler und Verbesserungen.

- Auf Seite 11, Zeile 7 von oben lies: Würzburg statt o. O.
- „ „ 33, „ 7 von unten lies: successoribus statt sucessoribus.
- „ „ 35, „ 2 von oben muss das Trennungszeichen hinter vices ausfallen.
- „ „ 47, „ 10 von unten lies: rothen statt roth.
- „ „ 89, „ 2 von unten und Seite 91, Zeile 4 von oben lies: Bischofs statt Bischof.
- „ „ 127, „ 8 von unten lies: huiusmodi statt huismodi.
- „ „ 172, „ 12 von unten lies: pridie statt priedie.
- „ „ 177, „ 4 von oben lies: ducit statt duxit.
- „ „ 180 gilt Anm. 1 auch für nr. 278.
- „ „ 189, Variante c lies: circumfossum für circumfosnm.
- „ „ 197, Zeile 19 von oben lies: derselben statt dersetben.
- „ „ 205, „ 4 von oben muss der Punkt hinter Koningsberg fortfallen.
- „ „ 209, „ 12 von oben lies: excitari statt excitare.
- „ „ 234, „ 14 von oben lies: vyrzeghesten statt vyrzeghsten.

